Dixit ſuperioribus ꝙ ſex ſunt ſoli modi circa dictionē ſophiſmatū, ⁊ ꝙ nullus alter ſit, ⁊ ſuū ſermonē fide confirmat ſuadendo ꝙ nec plures hi ſunt q̄ȝ ſex dicti, neqʒ pauciores. Fides aūt ꝙ ſex ſint ⁊ numerū hunc non excedant eſt inductio quę a me poſterius adducetur. Cuʒ igiť ponať ſophiſmata circa dictionē omne aliud ꝙ erit ſophiſma factū ex dictione ad nos fidez ⁊ inductio redigat. Ceteruʒ ſubdit [Et ſyll's ⁊ ſi quis ſumatur alius.] Dicit alium proſyllogiſmos vtriuſqʒ ꝓpoſitionis poſiti ſyllogiſmi ab ipſo, ⁊ ipſe eſt hic qui proxime dictis ab ipſo eſt poſitus, quāuis hęc occulte ⁊ fere enigmatice dicantur, ſed quomodo hęc ſe habeāt dicendū eſt explicationis gratia. Syllogiſmus in prima figura primoqʒ eiuſdē modo, ſimiliter ⁊ vterqʒ ſyll's vtriuſqʒ ꝓpoſitionis. Habet aut ſe ſyllogiſmus ſic, vt etiam Galenus inquit. Sophiſmata circa dictionē ſiunt, quia non ſignificanť eadē eiſdez nominibus ⁊ orationibus, ſed cuncta quę non eadez eiſdē nominibus ⁊ orōnibus ſignificātur ſex modis accidit fieri, igiť omnia circa dictionem ſophiſmata ſex modis accidit fieri. Talis igitur ſyll's eſt, ſed alium ſyllogiſmū diceret probantē minorē propoſitionē dicentē ꝙ omne non idem eiſdē nominibus ⁊ orationibus ſignificatum ſex modis accidit fieri. Item probantē minorē dicentē ſophiſmata circa dictionem ſiunt, qꝛ non ſignificātur eadē eiſdē noībus ⁊ orationibus. Oſtēditur autē minor eiuſdez ꝓpoſitio ſi ſumptus fuerit medius terminus hic quę ſunt ob malitiā dictionis, ⁊ erit ſyllogiſmus probās minorē ꝓpoſitionē iſte, ſophiſmata circa malitiam dictionis ſiunt, ſed circa malitiā dictionis oīa facta ſiūt, qꝛ non ſignificātur eadē eiſdem nominibus ⁊ orationibus, igiť ſophiſmata ſiunt, qꝛ non eadē eiſdem noībus ⁊ orōnibus ſignificātur, quę qđē cōcluſio erat minor propoſitio iam proxime facti ſyllogiſmi, vt dictū eſt. Et maior ſimiliter oſtēditur eo ꝙ ſumitur mediū hoc, vel potētia, vel actu, vel phantaſia. Eſt autē hic ſyllogiſmus probans maiorē talis, oratio ⁊ nomen duplicitatez habet .i. non idem ſignificat, ſed omnis duplicitas eſt in nomine ⁊ oratione, vel potentia, vel actu, vel phantaſia, ſed potentia aut actu ⁊ phantaſia vnūquodqʒ acceptuʒ fit ſex modis, ⁊ hęc ꝯcluſio eſt eadēs. Sed apertius diceretur etiaʒ ſic ſyllogiſmus. Vnde patet ꝙ omnia eadē quę nō eiſdez nominibus ⁊ orationibus ſignificātur ſex modis

accidit fieri, aut omnino, quia habet, aut actu, aut potẽtia, aut phãtaſia duplicitatem, ſed omnia quę ſic ſe hñt ſex modis accidit fieri, & ob id quę non eiſdẽ noĩbus, & orationibus ſignificantur ſex modis accidit fieri, igitur cõis omnibus cõcluſio eſt hęc ſophiſmata circa dictionẽ ſex modis accidit fieri, & talia ſint de ſyllogiſmis dicta, actu igitur ſophiſmata habẽt duplicitatẽ quę circa ęquiuocationem & amphibologiaʒ ſunt, ſed in nomine circa dictionem, in oratione xo circa amphibologiã. Naʒ actu eo quod reuera duo ſignificat quando nomẽ duo ſignificat, nam proprium nomen nõ eſt vnius ſignificatiuum. Item hoc nũ eſt ſilentẽ dicere non vnius, ſed duorum eſt indicatiuũ, ſed potentia duplicitatem habẽt ſophiſmata circa accẽtum & cõpoſitionem & diuiſionem. Nam hęc plura non ſignificant, ſed omnino vnuʒ, ſed quia vtroque modo accipiũtur duplices dicũtur, ideo & potẽtia dicimus hos, nã tale potẽtia eſt, naʒ illud gręce oron ſtetit actu quidẽ nulli⁹ eſt ſignificatiuũ ſolũ plani, ſed ſcriptũ põt pluriũ eẽ indicatiuũ, vel denſo, vel tenui accentu poſito in ipſo oron. Item quomodo hi qui ſm compoſitionẽ & diuiſionẽ potentia duplicitatem habẽt precedentes ſciemus. Itẽ quomõ phantaſia habent duplicitatem hi qui ſunt circa figuram dictionis. Nam plane his video & dico ſimiliter aiunt ſophiſtę nunquid videre & dicere ſimiliter dicuntur? vtique ſed dicere eſt agere, igitur & videre, ſʒ videre eſt potius pati, ſiquidem fit receptio ſenſibiliuʒ congregatione & diſgregatione ſenſiteriorũ. Verũ haud exiguã obſcuritatem fecit Ariſtoteles ponendo ſyllogiſmũ. Sed rurſus explicetur cõtextus eundem nobis repetentibus ſi des huius quod ſex ſint ſophiſmata nũero circa dictionem eſt inductio & ſyllogiſmũ ſi ſumatur aliquis alius. Aliũ dicit ſyllogiſmũ ceu proſyllogiſmos qui conſtituunt & cõfirmant maiorem propõnẽ & minorẽ. Poſtremo illud, & quod totidẽ modis ſi eiſdẽ noĩbus & eiſdem orõnibus nõ idem ſignificatũ ſex modis accidit fieri, fiebat autẽ occultatio ex hoc, quia vna ſola ponitur propoſitio in contextu vbi minor & concluſio, ac proſyllogiſmi dimittuntur.

¶ Sunt autem propter ęquiuocationem huiuſmodi orationes, vt quoniam diſcunt ſciẽtes. Nam ea, quę memoriter dicuntur, diſcũt grammatici. Diſcere enim ęquiuocum eſt, & hoc eſt intelligere euʒ, qui vtitur ſcientia, & hoc eſt accipere ſcientiam. Et rurſum, quoniam mala bona ſunt, nã quę expediunt, bona ſunt. Mala autem expediunt. Duplex enim expediẽs eſt & neceſſariũ, quod accidit plerũque in malis. (Eſt eniʒ quoddam malũ neceſſariũ,) & bona quoque expediẽtia dicimus eſſe.

¶ Sumit initium a ſophiſmatibus circa dictionem & ponit ſingula exempla ſex modorum, & primo eorum quę peccant ęquiuocatione, ſunt aũt hęc ſophiſmata quę aſſumpta ſunt ab eo ad exempla paralogiſmi ex ęquiuocatione quatuor. Primus concludens ſcientem eſſe inſcium. Secundus concludens mala bona & ſedentem ſtare, & adhuc laborantem morbo valere. Cõſueuit autem primũ adducere cõcluſionem ſophiſticã, & tunc ponere ſyllogiſmum,
In Eutbide Nam hoc diſcũt ſcientes eſt concluſio, & videtur accipe pro
mo a Plato ſcientibus grãmaticos, & omittere minorẽ propõnẽ, hac
ne hoc pri ſcʒ quod grãmatici memoriter repetũt dicta, vtique, ſed qui di
mũ exẽplũ. cta repetunt recitantque memoriter diſcunt, vtique igitur ſcientes diſcũt. Soluẽdo igitur taleʒ paralogiſmũ inquit quod diſcere eſt ęquiuocuʒ ſiue duplex, aliud dictuʒ de vtẽte ſciã & intelligẽte & ſignificat itelligere, vt cõſueuim⁹ dicere diſco dicta pro intelligo, aliud eſt poſitũ in repetẽte ſciam & ducto ex ignorantia ad cognitioneʒ, & hactenus ignorãte, quocirca dicimus ſciẽtes etiã diſcere ſm ipſum repetere ſciam, ſophiſma autem vt in prohemio diximus ex Platone ſumptum ſic ſe habet, interrogat Euthidemus Cliniaʒ o Clinia qui hoium diſcũt ſapiẽtes ne, an rudes, inquit Clinias ſapiẽtes, & Euthidemus tum inquit ſunt, ne preceptores, vtique dicit Clinia. At Euthidemus quorũ nõne diſcentium & diſcipulorum, vtique. Quid autẽ diſcentes diſcũt vt tu, ſciebas quę didiciſti? Nõ certe ait, nuʒ ſapiẽs tuʒ eras quãdo hęc ignorabas. Nequaquam igitur ſi nõ ſapiẽs valde ignarus, igitur ignari o Clinia diſcunt, ſed non ſapientes. Deinde rurſus arguit in cõtrarium Euthidemus dicens age o Clinia. quãdo aliqua nobis recitat grãmaticus, qui nam pueri illa perdiſcunt illa recitata, ſapientes ne, an ignari, inquit Clinias ſapiẽtes, igitur ſapiẽtes diſcũt & nõ ignari. Proinde in primo paralogiſmo Clinias diſcere dedit pro itelligere & percipere mẽte ea quę dicunt, ſed Euthidemus accepit pro ipſo duci ex inſcitia ignorantiaque ad ſciẽtiam & cognitionem, ſed in ſecundo econuerſo. Sed talis ſit primus paralogiſmus. Secũdus autẽ eſt qui cõcludit mala bona talis, in quo prius etiam ſumpta eſt cõcluſio quod mala ſint bona, ſed comprehenduntur, etiam due propoſitiones, ſed ſic ſe habet. Nõne mala vtilia atque congrua? Vtique. Nonne vtilia bona? Vtique. igitur mala bona, & hic igitur paralogiſmus circa duplicitatem eſt. Equidem decens vtile & bonum ſignificat, ceu decet iuſta facere, vel bonum vt decet legibus parere, aut parẽtibus. Naʒ ſignificat deon gręce preterea necẽtuʒ quatenus dicimus decet quod factum eſt corrũpi pro hoc neceſſariũ eſt. Itẽ ſignificat deon ipſum cõferens. Nam dicimus decet aut confert exercitiũ tẽperatis vti. Cũ igitur trifariaʒ dicatur decens Ariſtoteles vnum ſignificatũ relinquens illud ſm vtile, & conferens ex duobus pandit prauitateʒ & malitiã paraſyllogiſmorum, in minorẽ igitur propoſitione dicente mala expediunt, aut congrua, expediunt accipitur pro neceſſario. Naʒ verberationes percuſſiones decapitationes, & quędam alia mala cũ ſint, ſunt tñ neceſſaria aduerſus quoſdam latrones & homicidas, ſʒ in maiore pro bono ſumptum eſt, & tñ ob hoc concluditur malum eſſe bonum. Porro ſi quis diuiſerit decens expediensque, & huius quidem dixerit aliud eſſe neceſſarium, & aliud bonũ vetuiſſet cõtinuiſſetque ſophiſtam inducere concluſionem, quia nõ eſt neceſſarium decens expediẽſque, vt ſectio & vſtio ex neceſſitate inducitur alicui vt recte valeat, bone ſunt, ſed per ſe ſunt male. igitur factus eſt paralogiſmus per mediũ terminũ aliũ & alium acceptum, tales auteʒ ſunt & hi. Nonne coruus volatilis? nonne quoque inſtrumentum quo claudimus ianuas corax eſt? igitur inſtrumẽtum volatile eſt. Nam corax gręce eſt ęquiuocum. Rurſus nõne aquila volatilis? Vtique. Item nõne piſcis aquila? igitur piſcis volatilis, ſed videamus etiam duo exempla deinceps paralogiſmi ex ęquiuocatione.

¶ Inſuper autem eundem ſedere & ſtare, & ęgrotare, & ſanum eſſe. Nã qui ſurgebat, ſtat & qui ſanabatur, ſanus eſt. Surgebat autem ſedens, & ſanabatur ęgrotans. Ęgrotãtẽ eniʒ quodlibet facere, aut pati, non vnum ſignifi-

cat. Sed quandoq; quidē, qui nūc ęgrotat, aut ſedet, quādoq; autē, qui ęgrotabat prius. Verūtamen ſanabatur quidem ęgrotans, cū ęgrotans. Sanus autem non cum ęgrotans, ſed ęgrotans non nunc, ſed prius.

¶ Et hęc aliquo mō ſunt qdā cōcluſiones paralogiſmorū, ſʒ deductiones ſophiſmatū tales. Nōne ſedēs ſurgit? Vtiq; num ſurgens ſtabat? ⁊ qūo nō? igit̄ ſedens ſtabat. Rurſus nōne q ſanat̄ recte valet cōcedendū eſt, nōne q laborat morbo ſanat̄. Vtiq; igit̄ q laborat morbo recte valet, ꝙ eſt abſurdū. In vtroq; igit̄ horum ſyllo꜎ maior ꝓpō hʒ deceptionē. Nā ſurgentē ſtare ⁊ ſanatū recte valere duplex eſt, aliud qdē ꝙ ſimul cępit ſurgere ⁊ ſtetit, ⁊ ſimul cępit ſanari ⁊ recte valet, quę qdē concedenda nō ſunt, nam falſa ſunt. Aliud aūt ꝙ contingit prius ſanatū ⁊ prius ſurgentē eſſe, ⁊ poſtea nunc recte valere ⁊ ſtare, quo pacto vtiq; concedendū eſt. Ideo eū ſtare ſurgentē qū cępit ſurgere impoſ͛e eſt, ⁊ non oportet de ipſo concedere vtiq;, ſed ſm̄ nunc ſtare ꝙ pauloante ſurgebat eſt poſſibile ⁊ de hoc oportet cōcedere vtiq;. Similiter etiā in hoc quod ſanabatur recte valet. Nam ꝙ quis ſanatus ⁊ recte ſimul valeat impoſſibile eſt ⁊ non eſt concedendū dicenti, ſed illud ꝙ anno pręterito ſanabatur recte valet eſt verum, ⁊ in hoc admittendum eſt cum non ſit abſurdum. Circa igitur ęquiuocationem in his orationibus redargutio vel etiam amphibologiā eſt. Nam hę inter ſe conueniunt, vt etiam prius dictum eſt, ⁊ procedentes diſcemus quomodo etiam nunc ſe habet problema. Num iudex vtitur opere legis? Vtiq;, ſed nonne qui vtitur opere alicuius illius eſt principiū? prorſus quidem, igit̄ iudex eſt inſtitutor ⁊ principium legis. Nam ⁊ hic duplex eſt vti alicuius opere, aliud quidem vt inſtrumento ꝙ non eſt inuenire in ipſo iudice, aliud autem vt principium proprie conſtitutionis ꝙ non prohibeatur, ⁊ ob id ſub legiſlatore eſſe ⁊ reduci ipſum quod eſt ſub principe aliquo ⁊ qḋ eſt principium ⁊ inſtitutor eius. Verum dicendo maiores ⁊ minores propoſitiones paralogiſmorū maiores in quibus dicit. Nam qui ſurgebat ſtat ⁊ qui ſanabatur, ſanus eſt, ⁊ minores in quibus inquit ꝙ ſurgit ſedens, ⁊ ſanat̄ ęgrotās inducit ſubiungitq;. Egrotantē enim quodlibet facere aut pati non vnum ſignificat, qḋ quidē indicat ꝙ numero eſt vnū ⁊ vnū ſignificat ſanabatur ſanus ⁊ ſurgebat ſtans, ſed ęquiuocū eſt. Eſt autē illud facere inſinuatiuū ſedendi vel magis ſurgendi, vel forte vtriuſq;, ⁊ illud pati ipſius ęgrotare. Sed eſſet apertius ſi ſic ponebatur. Nam ſanare ęgrotantem ⁊ ſtare ſurgentem non vnum ſignificat, quia aliquando ꝑ rationem dicentem ꝙ qui ſanabatur ſanus eſt, ſignificatur ꝙ qui ſanabatur nunc ſanus eſt ꝙ eſt falſum. Nā impoſſibile eſt actu habere ſanitatem qui nunc ſanabatur ⁊ ſanitatem paulopoſt adeptus eſt, quod autē ſignificatur rurſus per hoc ꝙ qui ſanabatur forte decē dierū ſpacio, ideſt ad ſanitatem reducebatur, nunc ſanatur, quę cum dicet ſubiungit. Verūtamen ſanabatur quidē ęgrotans cum ęgrotat ⁊ cętera, quę quidem vt ſolutio eſt ſophiſmatum. Eſt autē ꝙ dicit tale, ſanari quidem dicitur ⁊ ęgrotans nunc ⁊ ęgrotans olim, ſanari autē non nūc qui ſanus eſt ſe quicūq; olim ſanabatur, at ęgrotās ſumptum eſt ab Ariſtotele qui nunc ęgrotat, ⁊ ęgrotans aliquando ęgrotans, ſed ęgrotans nunc non ſanatur, ſed q ęgrotabat prius ⁊ non nunc. Vt ꝟo apertius dictū fiat, ſic dicendum eſt. Et ęgrotans nunc ⁊ ęgrotans prius ad ſanitatem reſtitutus diceretur ſanari. Verūtamen ſanabatur ęgrotans, quia ęgrotauit ⁊ ſanatur recteq; valet, quia non ęgrotat.

¶ Per amphiboliam autem, ſunt tales, velle capere me hoſtes. Et putas ne quod quis cognoſcit, hoc cognoſcit. Etenim ⁊ cognoſcentem ⁊ cognitum contingit q̄ſi ſignificare hac oratiōe. Et putas quod quis videt, id videt, videt autem colūnā, quare colūna videt. Et putas, quod tu dicis eſſe, hoc tu dicis eē? Saxum autem dicis eſſe. Tu ergo dicis ſaxum eſſe. Et putas ne eſt ſilentem dicere. Duplex enim eſt ⁊ ſilentem dicere, ⁊ hunc dicere ſilentem, ⁊ quę dicuntur. Sunt autē tres modi ſm̄ ęquiuocationē ⁊ amphiboliā. Vnus quidē, quando oratio vel nomen plura ſignificat principaliter, vt aquila, vel canis. Alius autē, quando ſoliti ſumus ſic dicere. Tertius ꝟo modus, quando compoſitū plura ſignificat, ſeparatum ꝟo ſimpliciter, vt ſcire literas. Nam vtrūq; fortaſſe vnum quidē ſignificat, ⁊ ſcire, ⁊ literę, ambo autē plura. Aut literas ipſas ſcientiam habere, aut literarum alium. Amphibolia igitur ⁊ ęquiuocatio ꝓpter hos modos ſunt. D

¶ Cum acceperit ⁊ docuerit de paralogiſmo facto circa ęquiuocationem qūo fit procedit tranſitq; ad paralogiſmos factos per amphibologiam ambiguitatēue continuitatis gratia. Etenim etiā in enumeratione ſophiſmatum circa dictionem ſm̄ modū amphibologiā ordinauit. Sed exēpla ponit admodū aperta ⁊ non ſolū qualia data problemata de ſophiſtis dicunt̄, ſed qualia veriſimile eſt ēt in oratione non cōcluſa ſyllo inuenire. Nam hoc velle me capere hoſtes nō eſt vt ꝓblema, ſed ꝙ ſit ambiguū pʒ. Nam oratio ſignificat vel me obtinere hoſtes ac ſuperare, vel econtra hoſtes me. Tale quoq; eſt hoc fiat nunc me diſſolui. Nā ſignificat ōro ſeipſos capere ⁊ deſtrui. Eſt alia deductio ſophiſmatis deinceps talis. Num ꝙ cognoſcit aliqs hoc cognoſcit? ſed aliqs cognoſcit lapidē, igit̄ cognoſcit lapis. Rurſus ꝙ videt aliqs videt vtiq;, ſed aliqs videt lignū, igit̄ videt lignū, plana eſt ⁊ ambo꜎ ſolutio. Naʒ duplex ⁊ in ambobus ōro. Silr̄ aūt ſe hʒ cuʒ his ⁊ hoc nōne tu aſſeris eſſe ꝙ tu aſſeris eſſe? ſed aſſeris eſſe lapidē, tu igitur aſſeris eſſe lapis. Itē hoc nōne eſt ſilentē dicere. Naʒ hęc deductio ſophiſmatis ſic ſe hʒ, dicis ꝙ tu dicis, vtiq;, dicis autē ſilere, igitur ſilens dicis, vel econtra dicis ſilens. Sed hoc ſophiſma num ſilēte dicere ſic Euthydemus interrogauit nōne ſilentē eſt dicere nullo pacto, ſed nōne qū dicis lapides lignū ferrū nōne dicis ſilentē? vtiq;, igit̄ eſt ſilentem dicere. Deinde rurſus arguens in contrariū dicit, nōne ſilentē dicere, nullo pacto, cur qū ſiles non omnia ſiles? vtiq;, igitur ⁊ dicentem ſiles eſt igitur ſilentē dicere. Naʒ hic non dicere de non dicēte dedit, ſed alter accepit ad dicentem. Sunt autē tres modi eorum qui circa ęquiuocationē ⁊ amphibologiā ſunt. Dixit qdē ex tredecim modis qbus fūt paralogiſmi duos ſolos aliū circa ęquiuocationē, ⁊ aliū circa ambiguitatē, ſed ante hoc ponendū

eſt deinceps

eſt deinceps qualibus quotq; modis equiuocatio τ amphibologia fit. Docet enim inquit tres eſſe quibus fiunt ſm has paralogiſmi, τ vnus eſt quãdo oratio vel nomẽ plura ſignificat, vt in equiuocis, vt aquila τ canis, τ corax grece τ clarus, ſed in amphibologicis, vt diximus plura ſignificat oratio. Naȝ oratio eſt compoſitio nominum, ſed dicendum eſt etiã nunc, vt ſepe diximus etiam verba eſſe nomina, duplicitas autẽ eſt vel in quibuſdaȝ nominibus horũ, vel in ipſa oratione. Nam in hac ꝙ vides τ ꝙ cognoſcis hoc cognoſcis in oratione inuenitur duplicitas. Scds ꝯo modus eſt quo rurſus circa vtrũq; paralogiſmi fiunt quãdo cõſueuimus ſic nominare illa ipſa nominata. Nam cum nos conſueuimus dicere ſilẽtem τ ſilentem hominẽ, τ ſilentia paralogiſmus inuenit locum τ decipit audientem, ſi autẽ ſilentem ſolum dicebamus ſilentem hominẽ. Similiter autem ſi ſilentia duntaxat ſilentia dicebamus, non tamen ſi non adiecimus his aliquãdo τ hoc ſilenteȝ fiebat paralogiſmus, ſed nõ ſolum is modus paralogiſmos circa amphibologiã parit ſed etiam paralogiſmos circa equiuocationeȝ. Nam conſueuimus dicere canem aſtruȝ τ terrenum, proinde ſi non eodem nomine aſtrum τ terrenũ animal appellare cõſueuimus, aliquãdo nomen nos non decepiſſet cũ vni ſoli impoſitum eſſet. Tertium moduȝ inquit ſophiſmatum circa equiuocationem τ amphibologiam, quãdo ipſa per ſe nomina ſimplicia fuerint, ſed compoſita duplicem quandam mentem intellectũq; repreſentant. Nam hec ſeorſum poſite nullam nobis duplicitatem pariũt. Similiter τ hoc ſcitur complicita τ vnite prolata pariunt duplicia nomina.

¶ Propter compoſitionem ꝯo huiuſmodi ſunt, vt poſſibile eſt ſedentem ambulare, τ nõ ſcribentem ſcribere. Non enim idem ſignificat, ſi diuidens quis dicat, τ cõponẽs, quoniã poſſibile eſt ſedenteȝ ambulare, τ non ſcribẽtem ſcribere. Et hoc idẽtideȝ (ſi quis componat) non ſcribenteȝ ſcribere, ſignificabit profecto qm̃ habet poteſtateȝ, vt non ſcribens ſcribat. Si quis aũt non cõponat, qm̃ hȝ poteſtatẽ, qñ non ſcribit, vt ſcribat. Et diſcit nunc literas, ſi quis didicit quas ſcit. Inſuper q̃ vnũ ſolum poteſt ferre, plura poteſt ferre.

¶ Cum Ariſto. ſermonem interpollauerit ſecaueritq;, τ quot modis ſophiſmata equiuocationis τ amphibologie fiũt interea interpoſuerit τ diſſeruerit de his ac dixerit tres eſſe modos, nunc redigit ſermonẽ ad continuitatem τ tertium modum ſophiſmatũ circa dictionem aſſignat. Eſt aũt hic qui circa cõpoſitionem ponitur. Nominatur aũt circa cõpoſitioneȝ perinde ac intellectio dicti cõpoſiti poſſit bene concipi mente, ſed cum aliquid ponitur circa cõpoſitioneȝ τ parit paralogiſmũ, ceu eſt ſyllogiſmus talis ſedens poteſt ambulare, Socrates ſedet, igitur Socrates ambulat, atqui ſedebat, igitur ambulat τ non ambulat, factus eſt paralogiſmus hic circa cõpoſitionẽ. Nam oportebat cõponere τ poſſibile, nam hoc addito τ tali ꝯcluſione illata, igitur Socrates poteſt ambulare nullum abſurdũ ꝯcluderetur, ſed nunc quia non apponitur poſſibile redargutio habȝ paralogiſmũ. Talis etiam modus is eſt. Sed videamus etiaȝ verba Phi. [Propter cõpoſitioneȝ ꝯo huiuſmodi vt poſſibile eſt ſedentẽ ambulare, τ non ſcribentem ſcribere.] Hec cõcluſio non eſt aliqđ abſurdum ꝯcludens, ſed propoſitio eſt vera aſſumpta τ hec vera Socrates ſedet, ſi nõ fieret ob cõpoſitionẽ illata eſſet vera ꝯcluſio Socrates poteſt ambulare, ſimilis huic τ non ſcribentẽ ſcribere. Nam defecit τ vna ponẽdũ erat illud poſſibile. Verũ hec ſunt oſtẽſiua huius ꝙ qui ſunt ſophiſte accipiẽtes tales ꝓpoſitiones deinde circa ꝯpoſitionẽ facientes perficiunt ſophiſma. Veruntñ prius deductionẽ vniuſcuiuſq; ſophiſmatis dicamus τ tunc etiam obſcuritatẽ contextus applicabimus. Sunt autem talia, nonne ſedens poteſt ambulare? vtiq;, nõne Socrates ſedet? vtiq; igitur Socrates ambulat, ſed etiam ſedet, igitur Socrates ambulat τ nõ ambulat. Rurſus nõne ſcribens poteſt ſcribere? vtiq;, ſed Plato non ſcribit, igitur Plato ſcribit. Rurſus nunqđ ſciens lr̃as poteſt diſcere nunc literas. At nõne Socrates nunc ſopore repletus neſcit literas? Vtiq; igitur Socrates nũc diſcit literas, ſed etiam nõ diſcit. Naȝ accũbit dormitq;. Rurſus interrogat qui vnum ſolũ põt ferre, põt etiã plura ferre? Vtiq; ſed Alcibiades vnum ſolũ fert, igit̃ Alcibiades plura fert. Deductiones igitur ſophiſmatũ quas ponit in exemplis paralogiſmi ob cõpoſitionem queđã tales ſunt. Ceterum illud. [Non enim idem ſignificat ſi diuidens quis dicat τ componẽs] tale eſt, quando poſſe ambulare aliquis diuidere, τ aliquãdo quideȝ ꝑdicabit ſoluȝ ambulare, τ aliquãdo poſſe ambulare de Socrate non idem ſignificat. Non eniȝ idem eſt Socrates ambulat cum hoc Socrates poteſt ambulare quare circa cõpoſitionẽ ſophiſma fit. Nam oportet cõponentem τ continuantẽ poſſe τ ipſuȝ ambulare τ ſic de Socrate dicere, τ non ſolum ambulare. Truncatim igit̃ τ velut aliqbus partibus mutilatis facta cõpoſitione bene dictum eſt ſophiſma eſſe circa cõpoſitioneȝ. Sed notandũ eſt ꝙ cõpoſitionẽ dicit Ariſto. τ illud ambulare cum ꝑdicatur ſine ipſo poſſibile, cũ dicat igit̃ ꝙ non idẽ ſignificat ſi ambulare ſine poſſibile de ſedente ꝑdicaret̃, qđ quideȝ per B [Si diuidẽs quis dicat] ſignificaunt, τ qñ rurſus ambulare cum ipſo poſſibili per hoc τ componens vt poſſibile ſedentẽ. Vnus igitur modi quo ambulare cuȝ poſſibile predicatũ facimus, exemplũ poſuit hoc vt poſſibile ſedentem ambulare τ non ſedentem ſcribere ſine poſſibile indicatiuũ induxit hoc. [Et hoc idẽtidem] quando qs componat non ſcribenteȝ ſcribere, que ponit duoꝝ modoꝝ. ſ. habẽns ambulare cum poſſibile predicatuȝ, τ huius non habẽtis poſſibile τ patefaciens, cuius ſit vterq; indicatiuus ſubiunxit dicendo. Nam ſignificat ꝙ habet potentiã huius non ſcribens ſcribere τ cetera. Eſt auteȝ oratio talis virtute, nam que ambulare cũ poſſibile predicatũ facit de ſedente τ dicit ꝙ ſedẽs poteſt ambulare, ſignificat ꝙ ſedens non ambulat, neq; non ſcribens ſcribit, ſed poſtea poteſt ambulare τ ſcribere ꝙ ſunt vera, ſed ſi non ambulare vel ſcribere cõponeretur poſſibile τ vtrũq; de ſedente τ non ſcribẽte predicaret̃, ſed ſolum ambulare τ ſcribere, hec non dicit ꝙ potentiã habet nõ ſcribens nunc vel ſedens poſtea ſcribere vel ſedere, ſed ꝙ nunc quãdo non ſcribit, ſed habet potẽtiã ſcribendi, ideſt nunc qñ nõ ſcribit ſcribit. Naȝ illud hȝ potentiã qñ non ſcribit, habet potẽtiaȝ ſcribendi, perinde ac dicat ſimul habere potentiã τ ſm ideȝ ſcribere τ non ſcribere ꝙ eſt impoſſibile. Nam in alio tempore ſcribit, τ in alio non ſcribit, poſſibile ſimiliter eſt τ ambulare τ non ambulare, τ diſcere nunc literas ſiquidem didicit que ſciebat abſolute dixit τ per ſe. Eſt autem exemplum cõcluſi.

ſophiſmatis dormientem diſcere nunc literas.

¶ Propter hęc diuiſiones, quoniam quinque ſunt duo & tria, paria, & imparia. Et qđ maius ęquale. tantundem enim & adhuc amplius. Nam eadem oratio diuiſa & compoſita non idem ſemper videbitur ſignificare. Et ego te poſui ſeruum / exiſtentem liberum, & hoc. quinquaginta virorum centum diuus liquit Achilles.

¶ Et quartum modū apparentiū elenchoꝝ circa dictionem hic circa diuiſionem ponendo non per ſophiſmata qualis ſit eorum nobis affert, ſed etiam per exempla quędā quę nō ſunt ſophiſmata paralogiſtica, ſed ſimpliciter ſic in pedeſtri oratione poſita, quę ſunt hoc procedētes infra dicemus. Sed circa diuiſionē ſic nominat, qꝛ quę dicta adſunt potētia hęc diuidens ſophiſta & ſeorſū ponēs ꝯcludit hęc actu adeſſe illi de quo ſyllogiſmū facit. Hoc aūt nō ꝯcluderet̄ niſi diuiſio facta ſit. Vbi gratia numerus quinque cum habeat in ſeipſo potētia parē & imparē, ſophiſta diuidēdo eum qui nō eſt par oſtēdit parem & non parem eſſe ſic in prima figura deductionē ſophiſmatis facit. Nonne quinque in duo & tria diuidit̄, ſed tria & duo nōne ſunt par & impar, igitur quinque par & impar eſt, ſophiſma aūt eſt circa diuiſionē, naꝫ partes in toto potētia ſunt, nam in quinque potentia ſunt duo & tria, ſed potētia aliqđ ens non eſt illud ꝙ poteſt fieri ceu arbor ſtans potentia eſt nauigiū non eſt nauigium. Ireꝫ ęs informatū cum ſit potentia ſtatua non eſt ſtatua. Paralogiſmum igitur concludentē quinque eſſe paria & imparia valde manifeſtū Ariſto. poſuit, ſed illum maiora ęqualia eſſe minoribus ꝯcludentē valde breuiter poſuit & ob id videt̄ occulte obſcurūq; ꝓferre illū. Oportet autem ſubaudire in hoc maius ęquale minori vt ſit plena & abſolute contextus ſnia, & deductio ſophiſmatis ſic interrogaretur. Nonne octo in ſex & duo diuiditur: vtiq;. Item nōne in quinque & tria, vtiq; igitur octo diuiditur in ſex & duo, ac in quinque & tria, ſed ſex & duo ac quinque & tres ſunt ſexdecim, octo igitur diuiditur in ſexdecim, ęqualis igit̄ eſt ſexdecim huic octo. ſ. maius minori. Sed hoc ſophiſma etiā eſt circa diuiſionē. Naꝫ hęc potentia ſunt in ipſo octo. Cęterū illud[tantūdem enim & adhuc amplius]ſic ſubiunctum eſt, quaſi dicat ſexdecim, ideſt maius tantum eſt quantum octo, & adhuc amplius. Naꝫ inſinuans paralogiſmum ob diuiſionem per ea quę induxit ſophiſmata etiam adducit exemplū oſtendentis eandem orationem diuiſam & compoſitaꝫ non idem ſignificare. Nam illud ego te poſui ſeruum ipſum dictum per ſe, & rurſus ego te poſui liberum non idem ſignificāt & quādo ambo cōponentia orationē perfecerunt dicentem, ego te poſui ſeruū exiſtentē liberum. Simile huic ēt & deinceps illud poſitum. Non eniꝫ vt ſophiſma poſituꝫ eſt, ſed etiam ipſum vt exemplum ſumptum eſt huius ꝙ non idem ſignificant oratio & ſuę partes. Eſt autē hoc, quinquaginta virorum centuꝫ diuus reliquit Achilles. Nam aliud indicat diuiſio hominibus a quinquaginta, & aliud compoſitio, naꝫ ſi punctū collocabimus in quinquaginta dicentes ꝙ quinquaginta, centū viroꝝ, ſignificat ꝙ diuus Achilles a centū viris reliquit quinquaginta, ſi autem in centū, alterum rurſus indicatur ꝙ a quinquaginta viris reliquit centum.

¶ Propter accentum autem, in hiis, quę ſunt ſine ſcriptura, non facile eſt dialecticis facere orationem. in ſcripturis autem, & poematibus magis. vt metuo longas pereunte noctes lydia dormis, & heu quianam tanti cinxerunt ęthera nimbi. Quę igitur per accentū fiunt. Hęc ſunt.

¶ Quintus modus ſophiſmatum circa dictionē eſt qui ob accentum eſt qui in dialecticis orationibus non ſcriptis ſed dictis non facile fit, ſed in ſcriptis dialecticis orationibꝰ & Homericis carminibus fieri poteſt. Et nominatur ob accentum, quia tonus ad quem canimus etiaꝫ orationes facimus, paralogiſmuꝫ facit, modo ſic modo aliter & aliter, vel & alibi poſitus, verbi gratia in colloquio & prolatione non decipiet aliquādo dicens ſi aliena aurea quis rapuerit ſint publica & plebis. Nam ſumptū eſt dicens penacutū orationem inferens, vel forte & pro penacutū & non deciperet aliquando eum qui audiunt, ſed nunc in penacutum dicatur hoc legon grece ideſt dicens & nunc in propenacutum transfertur. Nam qui ſemel dixit ſimpſius conſiliū & volūtate indicauit. Quod ſi in ſcriptura fuerit poſitum illud dimoſia ſcilicet publica & plebis nullum tonum habens, tunc certe & paralogiſmum conficeret. Dixit autē non facile fieri orationē in his ſine ſcriptura, quia quando eſt in his ea efficitur, vt quando aliquis diceret. Nonne illud ꝙ diſſolutis domus: vtiq;, ſed illud: non diſſolutis eſt negatio huius diſſolutis: vtiq;, domus igitur eſt negatio, eſt hoc ſophiſma circa accentum. Equidem in prima propoſitione huius quod diſſolutis cuꝫ illud quod circūflexe datur, ſed in ſecunda non ſic acceptum eſt. Rurſus, non ſtat terminus, ſed nōne animal rationale ſcientię capax diffinitio, igitur ſtat animal rationale ſcientię capax, & hoc ſophiſma ob accentum. Verum exemplum infert huius ob accentum ꝙ quidem dixit maxime fieri in carminibus & poęmatibus Homeri. Equidem ponitur in Illiade eius quę inſcribitur ψ gręce, ideſt vigeſima tertia, vbi etiam in Patroclo dictuꝫ eſt certamen ęqueſtre & introducitur a poeta Neſtor qui filio Antilocho ſtatuit ea quę ſunt de equeſtri exercitu gerēda & de loco differit vbi debet certamen committi cum reliquis aurigis, & poſt alia inquit etiam ſic ſe habentia de meta.

Metam autem dicam valde manifeſte neq; te latebit
Stat lignum aridum quantum vlna ſupra terram
Vel quercus vel ſilę ꝙ quidem non ſatiſcit imbre
Lapides aūt huius vtrinq; firmati ſunt duo albi
In anguſtijs vię planus autem Hippodromus circū.

¶ Quidam igitur detrahebant Homero circūflexe legentes illud[non]& dicentes aliquod abſurdum ipſum dixiſſe ob id perinde ac dicat ꝙ ligni illius ſupra apparentis quod quercum vel arborem tenuioribus folijs q̄ pinus nominat, aliquid putreſcit & aliquid non putreſcit marceſcitq;. Nam ſi hoc non indicauit manifeſte, illud tamen ꝙ aliquid non marceſcit dicunt manifeſte ſignificari per dictū hoc in gręco hoc modo circūflexo hoc, ꝙ non particula negatiua dicebatur ſine circumflexo, quod dictum eſt ſatiſcit imbre, perinde ac aliquid ex arbore illo tenuioribus folijs q̄ pinus marceſcat & putrefiat imbribus & aliquid non putreſcat. Quidā igit̄ Homero detrahunt cum dixerit hoc abſurde. Sed corrigit hos in libro de arte metrica, vt ipſe Ariſt. ingt in rethorica, Hippias ille Thaſius non circūflexe legēdo illud [nō]q꞉ ſignificaret qđ, ſꝫ negatiue, ꝙ ipſe acuto tono di

ꝑit, vt ſit dictum, velut tiliæ arbor illa dicta non faciſcit imbre. Dicit aūt Theophraſtus, plantam tiliarū vel piceum imbribus aquis ⁊ his quę e fontibus emergunt non putreſieri, ſed maximis maxime. Sed tale ſit vnum exemplum. Alterū vero eſt ſequens illud ob inſomnium Agamēnonis eſt qđ inquit iouem dicere. Demus autē huic victoriā capere nullo pacto ponitur in Illiade. Nā de ſomno principio ſecūdi dicitur, neqꝫ penitus aliquis inuenit hoc ad verbum ibidem poſitum, ⁊ videtur eo e loco talem mentem accipere ⁊ ipſum fingere verſus fragmentum verba hęc transferendo.

Armare ipſum iube crinitos Achiuos
Omnibus copijs, nunc enim capiat ciuitatem latam.

Talia quidē verba ſunt, ſed ipſe volēs familiare facere exemplū de hoc modo ob accentū, velut ex Homero hoc adduxit. Inquiūt igitur quidā ꝙ in hoc [huic] eſt paralogiſmus ⁊ peccatū Homeri. Nam illud ſic ſcripſit.

Demus autem huic victoriam capere.

Ideſt inquit Iuppiter deo ſomnij ꝙ deſcendens Agamēnoni nūciaret, ꝙ dij oēs decreuerunt ſibi victoriam dare. Sunt igit̄ verba Iouis ad deum ſomnij qui dicit ei perge ⁊ dic Agamēnoni ꝙ nos dij omnes demꝰ victoriam. Inquiunt igit̄ hęc dicentes ꝙ hic peccat poeta introducens Iouem dicentē colloquentē hęc deo ſomnij, ⁊ aliquo modo mentitur, ꝙ non eſt furori poetico congruū. Proinde corrigentes hunc inquiunt ꝙ non Agamēnoni Iuppiter dixit dandam eſſe victoriam, ſed deo ſomnij ob Agamēnonē. Sic autem legunt. Demus aūt huic pro hoc tibi deo ſomnij. Sed hoc etiam eſt falſum. Naꝫ ipſe eſt mens, ⁊ ſi tonus ſupra firmaretur, ⁊ ſi circū flecteretur eſt pronomē hoc huic. Vbi ergo eſt peccatū vel non in hoc [huic] ſed in hoc damus. Naꝫ ꝙ peculiare eſt dorici dialecti dicere pro didonę didomenę, ideſt dare pro dare, ⁊ pro εἶναι ἔμμεναι, ideſt eſſe pro eſſe. Eiuſdez aūt eſt ſępe aliquid amputare declinationis infiniti. Hoc etiaꝫ hic inuenitur. Porro ſi aliquis legendo didomē aūt huic victoriam capere ponens tonū in hoc didomen, vt ſcilicet primā ſyllabam longaꝫ proferēdo efficiat, is facit iouem mentientē tanqꝫ pollicētem victoriam dare, ⁊ non educentē promiſſuꝫ ad opus, ideſt abſoluere promiſſum, ſi vero tonum poſuerit in ipſuꝫ do, ſcilicet ſecundā ſyllabam legendo illud deinceps ⁊ iouem a mendacio abſoluet, ⁊ Homerum reddet irreprehenſibileꝫ, perinde ac iuppiter dicat ſomnij deo ⁊ iubeat ipſum deum ſomnij dare victoriam Agamēnoni ⁊ non ipſi deo. Et porro deus ſomnij pollicetur Agamēnoni huic victoriam ⁊ mentitur, ⁊ non ipſe Iuppiter.

Vide quot Alexāder q̄uis quæ non habentur in contextu.

Aduerte ꝙ ſūt qnqꝫ dialecti Græcæ linguæ ubi idē uocabulū uariatis literis dicitur ſicut etruſci dicūt uernacula ligua el pane uino, & bergamaſci uiloni dol pe dol ui.

❡ Quę autem ꝓpter figuram dictionis, accidunt, quando non idem ſimiliter interpretatur. Ut maſculinum, fęmininum, vel fęmininum maſculinum, vel qđ inter hęc eſt, alterū horum. Vel rurſus quantum quale, vel quale quantum. Vel faciens patiens, vel diſpoſitum facere, ⁊ alia, vt diuiſum eſt prius. Nam eſt aliquid, quod non eſt eorum, quę ſunt facere, vt aliquid eorum, quę ſunt facere dictione ſignificare. vt valere ſimiliter figura dictionis dicitur ei, quod eſt ſecare vel ędificare. Et tñ illud quidē quale qđ ⁊ affectuꝫ quodāmodo ſignificat. Hoc vero facere aliquid, eodem autem modo ⁊ in cęteris. Propter igitur dictionem redargutiones ex his exiſtunt.

❡ Sextus modus ſophiſmatum circa dictionem. Paralogiſmi accidentes ſunt circa figuram dictionis. Sic autem dicitur qđ qualis dictio formationis dictionis cauſa ſit paralogiſmi, ⁊ ꝙ figura eadeꝫ exiſtens non eiuſdē ſm naturam idem videri facit, verbi gratia paſſiuuꝫ, qđ eſt ſimilis figurę cum actiuo tāquam actiuum accipit ſophiſta ⁊ falſum efficit ſyllogiſmum, vt in hoc vtrum diſcere eſt agere circa diſciplinam: vtiqꝫ, ſed nonne agere circa diſciplinā eſt docere: igitur diſcere eſt docere. Circa igitur figurę dictionis dicitur, quia formatum eſt paſſiuum in actiuum, ⁊ quia agere circa diſciplinaꝫ indicat etiam vtriqꝫ, nam pręhet enī actioneꝫ docentis ſimiliter ⁊ paſſionē eius qui docetur. Vel magis dicit generationē, vt inquit in tractatu de anima. Nam diſcipuli perfectionem factā a pręceptore non eſſe paſſionē dico, ſed magis generationem. Si autē aliquis ⁊ paſſioneꝫ denominandam eſſe non ſimpliciter erit paſſio, ſed perfectiua. Proinde formari ſm actionem ipſam orationem ſit deceptio, ⁊ non idem eſt paſſiuū cum non ſit ſimile actiuo, nec ſimiliter cum illo interpretandū eſt, vel econtra. Accidit enim ſophiſtā decipere ſecū diſputantē quādo actiuum non fuerit ęquale paſſiuo vt paſſiuū diceretur. Sed ſophiſmata de quibus ipſe mētionē facit talia ſunt: Nōne maſculinum neutrum: nōne fęmininū neutrum: igitur maſculinum eſt fęmininuꝫ, ⁊ fęmininum maſculinum, vel rurſus inter medium. vꝫ. neutruꝫ. Nam hoc eſt medium inter fęmininum ⁊ maſculinum tanqꝫ alterum ab his interpretatur, vel vt maſculinum, vel vt fęmininum. Eſt autez ⁊ huius ſophiſmatis deductio talis. Nōne lapis maſculinum: Nonne Callias maſculinus lapis igitur Callias, ecce igitur neutrum. vꝫ. lapis per figuraꝫ dictionis. vꝫ. quia maſculina profertur, videtur eſſe maſculinū. Item hoc facere quantum quale vel quale quātum ſic interrogatur. Nōne quale neutrum: nonne quātum neutrum, igitur quale eſt quantum. [Vel quale patiens vel diſpoſituꝫ facere,] dicens diſpoſitum patiens, nam patiens diſponitur ſm paſſionem ſyllogiſmo, oſtēditur autem faciens vt patiens, ⁊ econtra, patiens vt faciens ſic. Nonne verberatur verbum: nōne accuſat verbum, igitur verberatur ⁊ accuſat idem ſunt, igitur agere ⁊ pati idem. Nam accuſat actiuum cum ſit vt idem cum verberatur concluditur, ⁊ alia inquit, vt diuiſuꝫ eſt, ideſt ⁊ alia prędicamenta quę in prędicamētis docuit, poteſt etiam ſophiſmuꝫ faciens in paralogiſmo aſſumere etiā ipſum facere velut ad aliquid oſtendere, ⁊ quantum vt ad aliquid, ⁊ ipſum ad aliquid ⁊ quale, ⁊ facere pati. Ponit autem huius exēplum tale, nonne ſanari infinitiuū: nonne ſecare infinitiuuꝫ: igitur ſanari ⁊ ſecare idem, ſed ſanari eſt pati aliquid, ſiquideꝫ ſanitas diſpoſitio eſt corporis animalis in cōmenſuratione calidorūꝫ / ⁊ frigidorum / ſiccorum / ⁊ humidorum. Nam huius indicatiuum eſt illud. Et tamen hoc faciens aliquid ⁊ diſpoſitum aliquo modo ſignificat. Sed illud ſecare ⁊ ędificare facere, nam huius rurſus indicatiuum eſt illud. Hoc vero facere aliquid, Euthydemus autem etiam talem rationem interrogat. Num videāt Scuthę ⁊ alij homines poſſibilia videri, aut īpoſſibilia: poſſia nunqꝫ, nōne tu ⁊ ego: vtiqꝫ vides, igit̄ nr̄as veſtes: vtiqꝫ, igit̄ videre poſſibilia ſi vidimus hęc, igit̄ veſtes palliaqꝫ vides, nō qcunqꝫ igit̄ quę actiuę dicunt̄, ſunt actionū ſignificatiua. Nā videre hic ⁊ ſi

actiuũ eſt, tamen pro videri dedit. At Euthydemus accepit pro reſpicere ⁊ concluſit ꝙ poteſt aſpicere veſtes. [Nam aliquid eſt ꝙ non eſt de numero eorum quę ſunt facere, vt aliquid eorum quę ſunt facere dictione ſignificare]perinde ac dicat. Eſt a ſignificantibus actio nõ ens accipere, vt actio ens ſignificatiuũ, vt in ipſo diſcere ⁊ videre dictum eſt. Et modi ſophiſmatum circa dictionem tales ſunt pro hoc ſex ſunt, ⁊ tales ſunt quales ſigillatim eſſe diximus.

DE LOCIS EXTRA DICTIONEM.

¶ Eorum vero qui extra dictionem ſunt paralogiſmorum, ſpecies ſunt ſeptem. Vna quidem propter accidens. Secunda autem propter id quod ſimpliciter, vel non ſimpliciter, ſed aliquo modo. aut vbi aut quando, aut ad aliquid dicitur. Tertia propter elenchi ignorantiam. Quarta propter cõſequens. Quinta propter id quod eſt in principio ſumere. Sexta propter id quod non eſt cauſa, vt cauſam ponere. Septima vero propter plures interrogationes vnam facere.

¶ Diximus etiam prius ꝙ omnibus rebus diuiſis in voces ⁊ res ⁊ in ſingulis horum paralogiſmis factis cuꝫ dixerit Ariſto. factos paralogiſmos in vocibus quos etiã circa dictionem vocauit ⁊ diſſeruerit de ipſis ſufficienter quomodo fiunt ⁊ quomodo ſolum conſtituunt. Nã poſtea etiam de ipſorum ſolutione dicet, nunc etiam ponit paralogiſmos factos ex rebus quos etiam nominat extra dictioneꝫ, quia non eſt hic dictio, vel eius compoſitio, vel diuiſio, vel tonus in dictione, vel ſpiritus, vel ſimilis figura dictionis cauſa fit paralogiſmi. Sed cum diſſerat etiam de his quomodo fiunt de ſophiſtis, ⁊ conſtituantur procedendo etiam de ſolutione horum incõuenienti diſputabit. Porro prius etiaꝫ eos numerat valde plane quot ⁊ qui ſunt. Septem igitur omnes, ſed quales in ſequentibus contẽplabimur. Et primus aliorũ eſt qui propter accidens.

¶ Propter igitur accidens paralogiſmi ſunt, quãdo ſimiliter quodcũqꝫ exiſtimabitur rei, ⁊ accidenti ineſſe. Nam cum multa accidant eidem, non eſt neceſſe omnibus prędicatis, ⁊ ei de quo prędicantur, illa omnia ineſſe. Sic enim omnia erunt eadem, vt ſophiſtę dicunt. Vt ſi coriſcus eſt alter ab homine, ipſe eſt alter a ſe. Eſt enim homo, aut ſi a Socrate alter, Socrates autem homo. ab homine alterũ dicunt eſſe confeſſum. nam accidit (a quo dixit alterum eſſe) hunc eſſe hominem.

¶ Primus modus ſophiſmatum extra dictioneꝫ eſt propter accidẽs, fit aut iſte quãdo aliqs cẽſeret omne ꝙ aduenit prędicato ſophiſtaꝫ accipere ⁊ dicere de ſubiecto de quo dici non debet paralogiſmus fit. Quãdo igit̃ aliquis cenſeret ſimiliter ineſſe aliquid rei ⁊ accidenti, rem dicit compoſituꝫ ⁊ ſubiectum, accidit autem ſimpliciter omne pdicatuꝫ, ⁊ ſi fuerit de numero eorũ quę ſubſtãtialiter ⁊ per ſe inſunt ſubiecto de quo prędicatur, ſiue non fuerit. Inquit igit̃ ꝙ non neceſſe eſt quot accidunt prędicato ⁊ ſubiecto eadem accidere, verbi gratia prędicatur album de Socrate, ineſt autẽ albo etiam color diſgregatiuus viſus, ſi quis igit̃ cẽſeret Socrati ineſſe hoc diſgregatiuũ viſus ſic dicendo Socrates albus, ⁊ album eſt color diſgregatiuus viſus, igitur Socrates eſt color diſgregatiuus viſus facit ppter accidens paralogiſmum. Non eniꝫ accidenti cõpetit ſubiecto neceſſario ineſſe, qꝛ neqꝫ idem eſt accidẽs ſeorſuꝫ ens ab eo cui accidit, ⁊ accidẽs ad ipſum cõparatũ, ⁊ cuꝫ hoc cui accidit ad hoc cui accidit ſolum cõparatum, vt ſi quis diceret coriſcus homo, homo alter a coriſco eſt, igit̃ coriſcus alter eſt ab homine, dicit̃ proinde ſophiſma ob accidens, qꝛ non ideꝫ eſt accidens ſeorſum ⁊ cuꝫ eo cui accidit. Nã vt in ſuperiore dicto a nobis exemplo ſophiſta dicendo Socrates albus, albus color, igitur Socrates color in hac ppoſitione Socrates albus accidẽs, ⁊ id cui accidit ſimul, vt vnũ aliquid accipit, ſed in hac album color accidẽs ſolũ accipit̃ ſine ſubto. Sic ẽt dicẽdo coriſcus hõ vtriqꝫ aggregatũ accipit vna coordinatuꝫ hoieꝫ cum coriſco ⁊ coriſcũ, ſed in hac homo alter a coriſco ſeiunctũ ipſiꝫ vniuerſaliter accipitur, igitur eſt ſophiſma ppter accidens. Non enim quęcũqꝫ accidunt ſimplici ⁊ ſeiuncto homini vniuerſaliter, eadem neceſſe eſt etiam vna coordinato ⁊ cõpoſito ineſſe. Nam ſimplici accidit hoc vt ſit alter a coriſco, nõ neceſſe eſt igitur hoc ⁊ de coriſco prędicari, quia neqꝫ per ſe adeſt ſimpliciter homini. Nam quęcũqꝫ ſubſtãtialiter inſunt huic eodem profecto ⁊ coriſco inſunt, ſed quęcunqꝫ non inſunt ſubſtãtialiter ⁊ per ſe, ſed vt accidẽs velut in ſubiecto ipſo habere eſſe nõ neceſſe eſt ẽt coriſco hęc ineſſe vt viro prędicato accidunt plura. vꝫ. biſſyllabum eſſe ꝙ eſt alterũ a coriſco, ⁊ ſpecies animalis animata ſenſitiua, nõ neceſſe igitur eſt hęc omnia, quę prędicato accidunt ⁊ illi de quo prędicãtur ineſſe. Non enim quęcunqꝫ de prędicato dicuntur, hęc omnia ⁊ de ſubiecto dicent̃, vt in pdicamentis didicimus. Ideꝫ ẽt in generibus ⁊ ſpeciebus. Nã quęcũqꝫ in ſubſtãtia generis ſunt cõplentia eius eſſe hęc neceſſe eſt ẽt ſpeciei ineſſe, qꝛ gña vniuocę de ſpeciebus pdicant̃, ſed quęcũqꝫ accidit generi proprius hęc nõ accidit vnicuiqꝫ ſpecierũ eius neceſſario. Nam dicunt̃ accidere generi ẽt quęcũqꝫ vni alicui ſpẽrũ earũ quę ſunt in genere accidit, vel ẽt eſt in ſubſtãtia eius vt aiali accidit albuꝫ, qꝛ cignus cum ſit aial albus eſt. Hęc porro ſic dicta accidere generi, nõ neceſſe eſt etiã ſpẽi accidere, vel magis hoc. Nã quia eidẽ plura accidit, nõ neceſſe eſt oibus pdicatis, ⁊ ei de quo pdicat̃ tale eſſe. Accidit Socrati hois eſſe. Quia igit̃ eidẽ plura inſunt, nõ neceſſe eſt hęc oia quęcũqꝫ cuncta pdicata ſequunt̃ ineſſe. Hoc enim deficit ⁊ ſubſtantiã ſequi. Nam hoc dixit de quo prędicatur. Non enim quęcunqꝫ inſunt animali ⁊ rationali, hęc etiam Socrati inſunt. Neqꝫ eniꝫ Socrates differentia eſt, qꝛ rationale de Socrate dicit̃, neqꝫ biſſyllabum, quia etiã animal gręce biſſyllabũ eſt. Similiter autem non ſi ineſt coriſco homo ⁊ hominem alterum eſſe a coriſco, inerit etiam coriſco eſſe alterum a coriſco, quia hominem alteruꝫ eſſe a coriſco per accidens erat. Si autem hominẽ accidere Socrati diximus magis abuſiue hoc diceret̃ pro hoc ineſſe ⁊ pdicari de ipſo. Itẽ ipſe quoqꝫ Ariſto. in doctrina de ipſis ad aliqd pacidẽs Socratẽ hominẽ inquit eſſe, igit̃ dictorũ ſnia quędam talis eſt. Sed ſm dictionem ſi hoc coriſcus alter eſt ab homine vt ęquale huic acciperetur homo alter a coriſco. Conſuetudo autem Ariſtote. eſt hoc facere ⁊ pluribus interpretationibus vti, vt planũ eſt dictum. Et erit maior propoſitio paralogiſmi hęc. Nam illud. Eſt enim

homo minor eſt, vt fiat ſyllogiſmus in prima figura ſic coriſcus homo, homo alter a coriſco, igitur coriſcus alter eſt a ſeipſo, ſi autem non ſic locus tranſumptus exponeretur, ſed vt iacet in membrana ſcripta acciperetur duos ſyllogiſmos hic intelligeremus, ⁊ vnum illud exhiberet nobis, ſcilicet coriſcum non hominem, ⁊ aliū hoc coriſcum alterū a ſeipſo. Dicit autē ⁊ vtriuſqꝫ minorem ꝓpoſitionē. Et eſt coriſcus alter ab homine propoſitio talis ſyllogiſmi. Coriſcus alter ab homine, ⁊ alter ab homine non homo, igitur coriſcus nō eſt homo. Illud xo [Eſt enim homo] eſt minor ꝓpoſitio alterius ſyllogiſmi, eſt etiā ipſe talis coriſcus homo, homo alter a coriſco, igitur coriſcus alter ab homine. Simile etiam his eſt exemplū deinceps, pręter qḋ in hoc ambę ꝓpoſitiones ſumptę ſunt. Nā ſi Socrate alter maior eſt. Hęc autē Socrates homo eſt minor ⁊ eſt tale ſophiſma Socrates homo, homo alter a Socrate, igitur Socrates alter a Socrate, ⁊ illud dicens Socratē alterū ab homine conceſſum eſſe idem eſt huic alterū a Socrate. Nam Socrates homo. Adiecit autē cauſā etiā vnde accidit Socratē alterum eſſe a ſeipſo. Nam quia accidit (inquit) illum a quo alterum dixit eſſe hominem eſſe, quod talē habet mentem ⁊ ſententiam. Quoniam (inquit) accidit hunc, ſcilicet Socratem hominem eſſe, a quo Socrate in maiore propoſitione alterum eſſe hominem dixit, videlicet vniuerſale.

℄ Propter id autē quod eſt hoc quidē ſimpliciter. Illud autem aliquo modo, atqꝫ non principaliter, quando quidem quod in parte dicitur, vt ſimpliciter dictum ſumitur.

℄ Secundus modus hic eſt ſophiſmatū extra dictionē, fiunt autē ⁊ ex hoc paralogiſmi, quādo ea quę aliqualiter. vꝫ. vnitē ⁊ ſimul de aliquo pręd icantꝰ, tanqꝫ ſimpliciter aliquis, ideſt ſeorſum ⁊ ſeparata pręd icata ſcripſerit, ⁊ econtra. Nam ꝑdicatoꝝ quęcūqꝫ ſm accidens de ſubiectis pręd icantur, vt in libro de interpręt atione oſtēſū eſt, ceu de hoīe album ⁊ muſicū, hęc nequeunt diuiſim ⁊ coniunctim pręd icari, quia eidem ambo accidunt, ob id neqꝫ coriarius erit ſimpliciter bonus, qꝛ per accidens bonus de coriario pręd icatur. Sed ſi aliquis vellet pręd icationē facere ſine errore, ſubſtātialiter pręd icata de coriario animal bipes accipiat, quę proprie ⁊ ſeorſum pręd icata ⁊ ſimul pręd icari poſſunt, ſed aliud quidem pręd icatū ſeorſum factū poteſt etiā ſimul dici, eſt etiam aliud pręd icatum ꝙ ſeorſum verę pręd icabitur, ſed ſimul falſo, vt de ſymone. Nam de hoc pręd icatur coriarius ſm artem, ſed illud bonus ſm educationē ⁊ deductionē in moribus bonis. Nam talis erat ille coriarius qui cū Socrate nutritus educatuſqꝫ non admodū callebat artem coriariā, ſed habitu animi bonus erat. Hęc porro ꝓprie de hoc pręd icata, ſcilicet coriarius ⁊ bonus non poſſunt ſimul de eodem dici. Si enim ſimul pręd icatum fecerimus paralogiſmum faciemus tanqꝫ mentientes. Vt ſymon coriarius bonus, bonus coriarius eſt opifex bonorum calceoꝝ, igitur ſymon bonoꝝ calceorum opifex ar tifexqꝫ mentiti ſumus igitur, quia ſymon erat coriarius arte ⁊ bonus moribus. Nā ſimpliciter pręd icata de coriario ſimul pręd icata facta deceptionē fecerunt. Rurſus proponitur homo mortuus, vbi duplicia feruntur ēt de hoc pręd icata, aliud homo ⁊ aliud mortuus, ſed coniunctim hęc duo nomina pręd icari de propoſito homine ſine errore eſt, ſed diuiſim minime. Rurſus eſt quędā alia pręd icatio in qua de aliquo pręd icantur aliqua ſimul verę, ſed ſeorſum falſo ⁊ rurſus de lapidea manu ſimul quidem pręd icari ⁊ lapideam ⁊ manum verū eſt, ſed diuiſim nequaquā. Ex pręd icatis igitur his ſiunt paralogiſmi qui ob hęc aliquo modo ⁊ ſimpliciter fiunt, tanqꝫ non opus ſit factis complicationibus. Neqꝫ enim omnia ſimul pręd icata ⁊ ſeorſum pręd icantur, neqꝫ ſeorſum ⁊ ſimul, ſed illa ⁊ ſimul ⁊ ſeorſum pręd icari poſſunt quęcunqꝫ ſubſtantialiter pręd icātur de aliquo, quę autē ſimpliciter dicantur, pręd icata ſeorſum, quę aliquo modo ſimul, ⁊ in libro de interpręt atione circa finem tertię ſectionis oſtenſum eſt, in quibus inquit. Quare in quot pręd icatis neqꝫ contrarietas ineſt ſi orationes pro nominibus dicūtur ⁊ per ſe pręd icantur ⁊ nō ſm accidens in his aliquid ⁊ ſimpliciter erit verū dicere. Nam dicit ſimpliciter pręd icata ſeorſū, ⁊ quid aliquoqꝫ modo ea quę ſimul ꝑdicātur, vt ſymon coriarius eſt ſimpliciter. Similiter ⁊ ſymon bonus eſt, ſed aliquo modo ꝙ idem eſt cū hoc ſimul eſt ſymon coriarius bonus. Nominat autē aliquid vel aliquo modo compoſitum pręd icatum. Quia etiā eſt aliquod particulare ⁊ omnis cōpoſitio particularis, ⁊ quia compoſitum pręd icatū particularius eſt ſignificatiuū. Nā animal rationale vniuerſalius eſt hoc animal rationale mortale, vt etiā animal rationale particularius eſt ꝙ hoc animal, de hoc aliquo modo igitur inquit, ⁊ ſimpliciter ſunt paralogiſmi quando eſt particulare ideſt ſimul dictum, videlicet ſimul ⁊ vnitę de aliquo ſubiecto aſſumptum fuerit vt ſimpliciter, ideſt diuiſum dici, vt de Homero dicitur coniunctim eſſe poeta. Porro ſi quis ſeorſum accipiens ipſum eſt pręd icatū de Homero ⁊ dixerit Homerus eſt, mentitur. Nam olim mortuus eſt, ſi xo dixerit Homerus quidam poeta eſt, verum dixit ſimul dictum. Si non ſimpliciter accipit.

℄ Ut ſi quod non eſt, opinabile eſt. Quoniā quod non eſt, eſt. Non enim idem eſt ⁊ eſſe quid, ⁊ eſſe ſimpliciter.

℄ Talis quędam eſt deductio ſophiſmatis de opinabili, nam dicit ſophiſtę. Nonne tragelaphus non eſt ens? nōne tragelaphus opinabile, igitur non ens eſt. Syllogiſmus eſt in tertia figura, ⁊ ſophiſma ob ipſum aliquo modo ⁊ ſimpliciter. Non enim ſi ſeparate tragelaphus ⁊ nō ens dicitur ⁊ opinabile iam eſſe concedendū eſt. Non enim idem eſt eſſe aliquid ⁊ ſimpliciter eſſe. Etenim vt paulo ante dixi, Et Homerus eſt, aliqd ceu poeta, ſed nō ſimpliciter eſt, quippe non eſt modo Homerus.

℄ Aut rurſuꝫ, quoniā qḋ eſt, non eſt ens, ſi eorum, quę ſunt quippiā, non eſt. vt ſi nō eſt hō. Nam non idem eſt non eſſe quid, ⁊ non eſſe ſimpliciter. Apparet autē, qm̄ per quā ꝓpinquum eſt dictione; ⁊ parum differt eſſe quid ab eo, quod eſt eſſe, ⁊ non eſſe quid ab eo, qḋ eſt non eſſe. Similiter autem ⁊ ꝓpter id, qḋ eſt aliquo modo, ⁊ ſimpliciter, vt ſi indus (cū ſit niger) albus eſt dentes. Albus igitur ⁊ nō albus eſt. Aut ſi ambo aliquo modo, quoniā ſimul contraria inerunt. Tale autē in quibuſdā quidem cuilibet facile eſt conſiderare, vt ſi ſumens ethiopem nigrum eſſe, dentes dicat, quoniā albus. Si ergo ibi albus, quoniam ni

ger, ⁊ non niger, putabit diſputaſſe ſyllogiſtiçe, cum perfecerit interrogationem. In quibuſdam ſ'o latet frequenter, in quibuſcunq̃, cum aliquo modo dicat̃, ſimpliciter videt̃ ſequi. Et in quibuſcũq̃ nõ facile eſt conſiderare vtrum eorum pręcipue ſit aſſignandũ. Fit autez tale in quibuſcunq̃ ſimiliter ſunt oppoſita. Nam videtur aut ambo, aut neutrũ dandum eſſe ſimpliciter pręđicari, vt ſi dimidiũ quidem album, dimidium ſ'o nigrum, vtrũ album, aut nigrum?

Vide primo phyſi. Simplicii & Ioan. grãma. in opiniõe Parmenidis.

¶ Adducit etiam alterum paralogiſmuz hunc qui dicit ens eſſe nõ ens. Eſt autem hic ob ipſum aliquo modo ⁊ ſimpliciter. Nam aliquid non ens dicit̃ ſimpliciter eſſe non ens. Eſt autẽ ⁊ hic ſyllogiſmus in prima figura. Nõne ens alterum ab homine? nõne etiaz boue equo, cęlo terra, ⁊ ſimpliciter ab omnibus rebus? Vtiq̃ ſed ꝙ eſt diuerſum ab entibus eſt non ens, igitur ens eſt nõ ens. Soluit igitur tales paralogiſmos, per id quod ſubiungit. Non eniz ſi aliquod ens eſt non ens, ceu homo, equus, bos, iaz ⁊ ſimpliciter eſt non ens. Sed vnde ſit deceptio diceret aliquis. Soluens autez hoc etiã dicit videri elenchum redargutionẽq̃, q̄ videtur, aut nihil, aut parũ differre aliquid eſſe ab ipſo ſimplr. Nam aliquid propoſitũ nihil aliquid plus ſignificare putamus q̃ ipſa eſſe, idem quoq̃ putamus in ipſo non eſſe aliquid, ⁊ in ipſo ſimpliciter non eſſe. Nam non ens aliquid putamus eſſe non ens ſimpliciter. Sed hoc non eſt, non eniz ſi non hoc aliquid eſt ⁊ ſimpliciter non eſt. Similiter aũt inquit his paralogiſmus ſit quãdo ꝙ dicit̃ aliquo modo vt ſimpliciter aliquis acceperit in ꝯtradictionez deduxerit vt ſi quis interrogaret dicentẽ iuſta an oporteat cõdẽnare, vel iniuſta dicentez, ⁊ qñ aliquis iniuria affectus ⁊ verberatus ac pecuniaꝝ ablationẽ ferens, deinde procedens ad iudicem recenſens calamitates miſericordiaq̃ impetrando dicit quę paſſus eſt nonne is iniuſta dicit, oportet igitur talem condemnare. Hic paralogiſmus eſt aliquo modo, non enim ſi aliquo modo iniuſta dicit, ⁊ ſimpliciter iniuſta dicit. Eodem etiaz modo eſt paralogiſmus de ęthiope. Nam aliquo modo eſt albus, vt ſm dentes accipiẽdo dicat aliquis eſſe ſimpliciter album. Quia autez aliqñ interrogantes ſophiſticis in anguſtiũ veluti locum redigũtur, vt reſpõſionẽ afferant, dicit quo etiã hoc ſit. Nam inquit ꝙ in quibuſdam non latet paralogiſmũ efficiens quãdo aliquo modo dictũ velut ſimpliciter dictum acceptũ fuerit, vt in ęthiope. Nam ſm quid cuz ſit albus velut ſimpliciter exiſtẽs albus accepit, ⁊ ſic diſputans ſophiſta putat ſyllogiſmõ cõcludere ęthiopẽ albuz eſſe ⁊ non albuz. In quibuſdã igitur inquit non latet, ſed in quibuſdã ſępe latet. Equidez in quot aliquo modo dicitur etiam videtur ſimpliciter ſequi. Naz tale eſt ⁊ ſi videbitur ſequi, pro hoc aliquo modo dicit̃ ⁊ videt̃ etiam ſimpliciter ſequi vt in ſophiſmate hoc, nonne contingit eundem ſimul periurare ⁊ bene iurare? non certe, ſed nõne qui iurat ꝑiurare ⁊ periurans non bene iurant? igitur contingit eũdem ſimul periurare ⁊ bene iurare, ⁊ tale ſophiſma eſt in ꝓma figura, ⁊ eſt paralogiſmus ob ipſum aliquo modo. Nam neq̃ ſm quid bene iurãs, ⁊ ſimpliciter bene iurat, ⁊ latet ꝙ non ſimpliciter bene iuret, ſed aliquo modo. In his igitur latet ſimpliciter ⁊ aliquo modo, ⁊ videt̃ aliquo modo, ⁊ ſimpliciter dici etiam in illis ⁊ in quibuſcunq̃ non facile eſt conſiderare vtrum rem oporteat appellare, ceu dicimus virilitatẽ fortitudinemq̃ ⁊ bonam, quia etiã bona eſt virtus, ⁊ malaz, quia vulnera in bello ⁊ decapitationes fert. Vtruz igit̃ vtroq̃ modo ipſum appellanda eſt an bona ⁊ mala non facile eſt dictu. Et in talibus igitur latet ſępe in quibuſcũq̃ ſimiliter inſunt oppoſita, vt dictum eſt de fortitudine. Nam ſimilia ſunt in hac bonum ⁊ malum. Item in oculo. Nam eius dimidium eſt album ⁊ dimidiuz non tale, ſed in his ſolis ſit manifeſtum dictum, ſed etiam de quo inquit ipſe alias exempli gratia. Naz quando aliqua magnitudo erit latitudine cubitus vnius, ⁊ lõgitudine quatuor, deinde interrogabimus vtrum hęc magnitudo cubitalis eſt vel non. In tali igitur non facile eſt dicere vtrũq̃ vel non, ſed cogimur vel ambo dare ⁊ dicere bicubitalem vel quadricubitalem, ⁊ non dialecticę reſpondemus. Etenim dicimus vtriq̃ ⁊ non. Vel igitur ambo videntur de eodem dari vel neutrum.

¶ Qui aũt ſunt ꝓpterea, q̄ non determinatur quid eſt ſyllogiſmus, vel quid eſt elẽchus, ꝓp defectum orationis ſiunt. Nam elenchus eſt cõtradictio eiuſdẽ, ⁊ vnius, non nõis, ſed rei, ⁊ nominis. Non ſynonymi, ſed eiuſdẽ. ex iis, quę data ſunt ex neceſſitate, non cõnumerato eo, q̃ erat in principio. Et ſm idez, ⁊ ad idẽ, ⁊ ſimiliter, ⁊ in eodem tempore.

¶ Tertius modus ſophiſmatum extra dictionẽ eſt circa ignorantiam dictus qui ſic dicitur, ꝙ qui ſcit quid eſt redargutio non incidet in tali ſophiſmate. Nam redargutio eſt eiuſdem ⁊ vnius ⁊ cętera quęcunq̃ alia in diffinitione elenchi, aut redargutionis ponuntur. Sed qui ſophiſmate decipit de aliquo per aliquid eorum quę proprie ponitur in redargutione ſic non redargueret. Sed quãdo aliquis redargueret ſumpto vno ⁊ eodem nomine ⁊ determinatis alijs omnibus de vera ⁊ ꝓpria redargutione, tunc certe etiã redarguere diceretur ⁊ in cõtradictionẽ deducere. Fiunt autem ob redargutionis elenchiq̃ ignorantiã paralogiſmi ob defectum orationis .i. diffinitionis elenchi. Nam qui ob aliquid eorum poſitorum in diffinitione elenchi ſophiſma facit, vt diximus, ob redargutionis elenchiq̃ ignorantiaz dicitur paralogiſmum cõmittere, vel hoc ob defectum orationis hoc indicat, quia ob defectum ſyllogiſmi. Nam quia etiã redargutio eſt quidam ſyllogiſmus, ⁊ quẽadmodum ſyllogiſmus expoſitus debet concludere cõcluſionem cuius nõ ſit quoddam ęquiuocũ acceptũ non cõnumerantes idq̃ ꝗ ex principio, ſic etiam redargutio debet habere, ſed opꝫ potius ponentes vniuerſam dictionez quę dicta de diffinitione elenchi redargutionisq̃ ad verbum conſiderare. Redargutio autez eſt contradictio eiuſdem ⁊ vnius. Nam ſi debet redarguere eum qui nobiſcũ diſputat ob aliquod veriſimile obiectum debemus ipſum ſibi repugnantẽ eſſe oſtendere ⁊ ꝯuincere ꝙ contraria proferat. Nam hoc ⁊ cõtradictio dicitur, quãdo cõtraria de eodẽ ⁊ vno aliquis diceret, non de alio ⁊ alio. Nã ſi diceret eum Platonẽ differere ⁊ Socratẽ non, nihil ꝯtrariũ eſt, ꝓpterea hoc dicẽdo cõtradictionez ſubiungit eiuſdẽ ⁊ vnius. Nã eniz de alio inquit tentandũ eſt adducere redargutionẽ vna diſputãti, quippe redargutio hoc nõ ſit, ſed de vno ⁊ eodem. Similiter huic ſi qui dicit oẽm angelũ bonum

⁊ nullum

⁊ nullū demonſtra bonū nō redarguit dicentes cōtrarias ꝓpōnes in materia ꝯtingenti ſimul falſas. Nō enim de eodem ſubiecto, ſed de alio ⁊ alio oꝛonem cōcluſit. Opꝫ aūt de vno ⁊ eodeꝫ eſſe, deinde q2 plura cū ſint vnum nomine ⁊ natura differētia ſunt vt ęquoca ſubiūgit nō nominis ſed rei, vt non nois ſolū, ſed etiaꝫ rei. Nō eniꝫ ſolū nomen vnum eē opꝫ, ſed etiaꝫ ſignificata res vna eē debet. Illud eniꝫ nō nominis ꝑ hoc nō ſolum nois poſuit, vt canis latrat, canis non latrat, q2 autē non ſolū ex ęquiuocatione accidit cōtraria dicētem non mētiri, ſed etiā ab vniuocatione. Nam eſt q̄dam cōtraria dicere ⁊ vera vt aial ambulat, ⁊ animal nō ambulat, nam cōtingit aliquem ambulare, ⁊ aliqd non ambulare, ſubiungit ēt nominis nō vniuoci, ſed eiuſdē ⁊ vnius, neqꝫ ęquiuoci, neqꝫ vniuoci, etiam hęc .⁊ ex datis ex neceſſitate ꝙ eſt ſimile huic dicto in diffōne ſimplicis ſyllogiſmi .ſ. ex poſitis ex neceſſitate. Nam ſi aliquis tētauerit redarguere ſecū diſputātem nō ex qbus ipſe ſecum diſputās dat nō ſumetur hic redarguere. Subiūgit etiaꝫ non cōnumerato eo ꝙ eſt in p̄ricipio, idest nō aſſumpto q̄ſito in oꝛationem demōſtrationis, non eniꝫ per ſeipm oportet oſtendere id qđ nō per ſeipm patet, q2 neqꝫ tale eſt redargutio. Eſt autē tale quādo medius terminus alicui extremoꝝ acciperetur, tamē ꝓlatus aliter ſm ꝓlationē. Nā ſi q̄ratur an anima imoꝛtalis ſic dicendo ꝙ anima immoꝛtalis ⁊ alterā cum hac ſubinferendo ꝓpoſitionem plane ſtolidus eſt, poꝛro volēs ꝙ in principio aſſumere trāſumit in alterū ęquiualēs nomen ei ꝙ quęritur, ⁊ ſic facit paralogiſmū, vt ſi quis interrogaret, vtruꝫ aīa immoꝛtalis, vel non, ⁊ reſpōdere negādo ipſaꝫ eē imoꝛtalem ipſe tūc ſyllogiſmuꝫ ſic efficeret, anima incoꝛruptibilis, incoꝛruptibile imoꝛtale, igitur anima imoꝛtalis, ſꝫ etiam erat ⁊ nō imoꝛtalis ſm te, nō redarguit ſic ratiocinans dicēteꝫ ipſam nō imoꝛtaleꝫ q̄ppe qui petijt in p̄ncipio. Naꝫ dꝫ oſtendere ꝙ accepit, nam aīam eſſe incoꝛruptibilem idē eſt cuꝫ hoc anima eſt imoꝛtalis. Sꝫ dictū eſt ab Ariſtotele de eo ꝙ eſt petere in principio, ⁊ accipere hoc qđ eſt, ⁊ q̄ſo fit in ſecūdo libro pꝛioꝝ reſolutiuoꝛum. Opꝫ autē redargutioneꝫ ⁊ ſm idem eſſe. Nam ſi vnū ⁊ ideꝫ erit interrogatuꝫ nec ęquiuocuꝫ nec vniuocum, nec in p̄ncipio ſumptuꝫ, ſed ſm aliam ⁊ aliā partē diceremus aliqđ eidē ineſſe accidet nobis veruꝫ dicere, vt ęthiops albus, ⁊ ęthiops non albus, ſm q̄dem ſupficiem eſt nō albus, ſed ſm dentes albus, opꝫ igiť ⁊ ſm idem, ne ſm aliam ⁊ aliā partē dicamus aliqđ ineſſe, nō tamē ſed ad ideꝫ inq̄t, ⁊ non ad aliud ⁊ aliud, ſed ad idē oſtendere affirmantē ⁊ negantem euꝫ qui vna diſputat opoꝛtet ſi debet cōuincere ipſuꝫ ſibimet cōtradicere, nā qui ratiocinatur duo eſſe dupluꝫ ⁊ nō dupluꝫ nō redarguit dicētem idem duplū eſſe. Nō eniꝫ ad eūdeꝫ ⁊ vnuꝫ numerum oſtēdit ipſum duplū ⁊ nō dupluꝫ, ſed ad aliū ⁊ aliuꝫ, ad vnū quidē dupluꝫ, ſed ad quatuoꝛ nō duplū. Item ſimiľr inq̄t vel nō hoc accipere potētia, ⁊ hoc actu dare. Neqꝫ eniꝫ ſic eſt cōtradictio, nam qui dicit ꝙ dormiens hꝫ viſum, ⁊ habens viſuꝫ videt, igiť dormiēs videt nō redarguit dicētem dormientē non videre. Nam qui hꝫ viſuꝫ videt hęc oꝛatio duo ſignat euꝫ .ſ. qui habꝫ ⁊ nō videt, pōt tamē videre, ⁊ ſignat euꝫ qui iam operať ⁊ videt. Poſtremo addit ⁊ in eodē tēpoꝛe, nā alio ⁊ alio tēpoꝛe dicere eūdem ꝓbatū ⁊ non ꝓbatū non eſt impoſſibile, ſed dicens oēm hoiem bonuꝫ eſſe in aureo illo ſeculo ꝙ ponitur ab Heſiodo, ⁊ nullū hoieꝫ in ſeculo ferreo bonum eē, deinde cōcludēs oēm hoiem ⁊ nullū hominem bonū eſſe nō redarguit euꝫ qui hoc nō dicit. Nā demōſtrauit in eōdem tēpoꝛe bonos eſſe ⁊ non bonos oēs homines, quo oſtēſo erit vera redargutio, ſꝫ in alio ⁊ alio tempoꝛe. Iteꝫ qui dicit ꝙ catulus videt, ⁊ catulus nō videt non in eodē tempoꝛe concludit apparēteꝫ cōtradictioneꝫ, ſed in alio ⁊ alio. Poꝛro hęc oīa ſcire opus eſt ei qui nō vult decipi, q̄nimo ſtudet etiam decipiēteꝫ redarguere, ꝙ ſi neſciuerit neqꝫ redarguere poterit, ⁊ ipſe capietur ab his qui ſtudēt decipere, ⁊ hoc eſt circa redargutionis ignoꝛantiam.

Aduerte ꝙ Heſiodus ponit plura ſecula hoium aurea ferrea, vide a principio illū.

¶ Eodem autē modo fieri poteſt, vt quis de aliquo mentiatur. Nam qui omittūt aliquid eoꝛum, quę dicta ſunt, apparent redarguere. Ut quoniā idem dupluꝫ, ⁊ non duplū. Naꝫ duo vnius quideꝫ duplum ſunt. Trium autem non duplum. Aut ſi ad idem duplum ⁊ non duplum idem eſt, non tamen ſm idē eſt. Nam ſm longitudinem dupluꝫ, ſm latitudinem non duplum eſt. Aut ſi ad idem ⁊ ſm idem, ⁊ ſimiľr, non tamē ſimul, quoniam apparet elenchus. Trahet autem vtiqꝫ q̄s huc ad eos, qui ſunt in dictione.

¶ Cum diceret autem quid eſt redargutio ⁊ oſtenderit qui ſunt qui redarguūt ſm determinationem huius redargutionis ꝓprie, deinceps inq̄t. Eodeꝫ mō fieri vt q̄s de aliquo mētiatur, nā vt vere ſit redargui, quando aliquis in cōtradictionē reduceretur eiuſdeꝫ ⁊ vnius ſumptę rei, ⁊ quādo nō cōnumeraretur id qđ eſt in p̄ncipio, ſic etiā mentiri, vel falſum fieri paralogiſmuꝫ accidit qñ vel ęquiuocuꝫ ſumptum eēt, vel ꝙ in p̄ncipio cōnumeratuꝫ eſſet, ⁊ per id qđ infert maxime hoc patefacit. Nā quidaꝫ (inq̄t) omittētes aliquid eoꝛuꝫ quę dicta ſunt, videntur redarguere, ſed nō redarguūt, ſed ponens diffinitionē redargutionis huius ad idē, ⁊ huius ſm ideꝫ ponit exempla. Nam inq̄t ꝙ vidētur q̄dam dicētes quando dixerint duo duplū ⁊ duo non dupluꝫ, naꝫ vnius duplum, ſed triū non duplū, ⁊ hoc q̄dem inq̄t indicās ꝗ ad ideꝫ. Nā ſi quis duo duplū vnius demōſtrauerit ⁊ eiuſdem rurſus nō duplū, tunc etiaꝫ ꝓpꝛia fecit redargutionem. Sed exēplum 2m poſitum in oſtēſionem huius ſm idem poſuit, nō eniꝫ neqꝫ hanc magnitudinē alterius dicēs eſſe duplā ⁊ non duplā, ſed ſm aliā ⁊ aliā, vt ſm longitudinem duplā, ſed ſm latitudinē nō duplaꝫ, neqꝫ hic fecit redargutioneꝫ, nam hic eſt redargutio vera ſiq̄dē magnitudinē hanc ſm lōgitudinē ſolum demōſtrāt duplam ⁊ nō duplā. Deinceps etiaꝫ illud hoꝝ ponit oſtenſiuum huius ꝙ nō ſolum, ⁊ ſm idem ⁊ ad idē ⁊ eodem modo ſe dꝫ habere, ſiq̄dem vera redargutio dꝫ foꝛe cōcludens ꝯdictioneꝫ eiuſdem ⁊ vnius, ſed etiā in eodem tēpoꝛe cōſideranda eſt. Nam ſi eadē ⁊ vna ſit res nō accepto illo ex p̄ncipio, neqꝫ ſm aliā ⁊ aliam partē diceretur, ⁊ nō acciperetur ſimul .i. in eodeꝫ ⁊ vno tēpoꝛe apparens redargutio fiet. Quę cū dixerit ⁊ redargutionē veram qđ ſit diligēter determinauit, ſubdit. Trahet au. eꝫ aliquis hūc moduꝫ ſophiſtici .ſ. ob ignoꝛantiā redargutionis ad eos etiā qui ſunt ob dictionem. Nā modus ob ęquiuocationem, ⁊ ille ob amphibologiaꝫ fuerūt de numero eoꝛum qui ſunt ob dictionem, ⁊ doꝛmiens viſum habet ambiguum eſt, vel eniꝫ ꝙ agit viſu poteſt aliquis ſuſpicare, vel ꝙ aget.

¶ Qui autez ꝓpter id, qđ in principio erat, ſumunt̃ fiunt qdem ſic, ⁊ tot modis, quot modis cõtingit, quod in principio eſt petere. Videntur autem redarguere, quoniam non poteſt quis inſpicere idem, ⁊ diuerſum.

¶ Accipiẽs paralogiſmũ ipſius qđ eſt petere in ꝑncipio ponit quartuz modum ſophiſmatũ extra dictionẽ, ⁊ dictum eſt de his antea breuiter quomõ fiunt. Nam appoſito hoc problemate ꝙ anima imortalis, ſi qs acceperit hoc ꝙ ſit incorruptibilis ⁊ ſempiterna velut exiſtẽtia diuerſa ⁊ nõ eadem cũ hac imortalis cõcluderet aiaz immortalem. Dictũ eſt de his ꝑfectius in 2° libro de priori reſolõne, non ſoluz hic, ſed etiam 8° topicoꝝ apertiſſime dictum eſt, ꝙ qnque modis dictuz eſt. Eqdez committit paralogiſmũ qui nequeũt contueri ꝙ idẽ eſt icorruptibile ⁊ imortale, ⁊ decipiũtur a ſophiſtis nihil oſtendẽtibus, ſed oſtẽdentibus per idez id qđ per ſe nõ eſt manifeſtuz ⁊ faciẽtibus ꝓpõnem ꝓblema. Nam quãdo q̃ſitum eẽt, an anima imortalis, dicit ſophiſta aĩa incorruptibilis, incorruptibile eſt imortale, igit̃ anima imortalis nihil oſtẽdit, ſed id qđ eſt ex principio petit. Sed ſi aliquis dixerit ꝙ nõ eſt locus cõcludit aliquis locũ eſſe, ſic aliquo mõ dicendo ſi eſt ſurſuz ⁊ deorſum ancꝫ ⁊ retro, dextrũ ⁊ ſiniſtrũ eſt locus, ſed eſt ſurſuz deorſum ⁊ reliqua, igitur eſt locus, ſic etiam petit id qđ eſt in ꝑncipio, vel qđ oportebat oſtendere accepit indemõſtrabilr, nã ſi totum nihil aliud eſt q̃ ſue partes, qui dicit ꝙ ſi ptes ſunt loci eſt ẽt locus, nihil aliud inqt ꝙ locus ſit locus.

¶ Que do ꝓpter conſequens eſt redargutio, ideo eſt, quoniam putant conuerti cõſequentiam. Nam ſi cum hoc eſt ex neceſſitate, illud ſit, ⁊ cum illud eſt, putant ⁊ alteruz eſſe ex neceſſitate. Vnde ⁊ que ob opiniones ex ſenſu ſunt, deceptiones fiunt. Naz ſepe eſſe mel fel ſuſpicati ſunt, quoniã flauus color mel ſequitur. Et quia accidit terram pluuia fieri madidam, etiam ſi madida ſit, opinantur pluiſſe. id autem non neceſſarium eſt. In rhetoricis do, que ſm ſignum fiunt demonſtratiões, ex conſequentibus ſunt. Nam volentes oſtẽdere, quoniam adulter, qđ conſequens eſt, accipiunt, vt quoniã comptus, aut quoniã videt̃ noctu errabũdus: pluribus autem hec quidem inſunt, ꝑdicatum tamen non ineſt.

¶ Redargutio ob ꝯſequens eſt quintus modus redargutionuz apparẽtium extra dictionẽ, ⁊ eſt pars paralogiſmi ob accidens qui eſt primus ſophiſmatum extra dictionẽ. Hoc autẽ ⁊ ipſe Ariſt. ꝑcedendo dicet, naz hec ambo ſophiſmata ab accñtib⁹ ꝑfecta ſunt, veruz diſcrepant, qa alteꝝ ob accidens nõ cõuertit terminos, ſed ſic ſyll'is efficitur Socrates animal, aial autez eſt genus, igitur Socrates eſt genus, ſed hic ob ꝯñs accipit velut conuertens terminos, ⁊ ſit, quãdo etiam nõ cõuertentia vt cõuertentia acciperent̃. Nam qa ſeqtur furem nocte errare conuertentes ſophiſte dicunt, ⁊ qui nocte errat fur eſt, ⁊ qa mel flauuz eſt, ⁊ flauuz mel eſſe dicit, ⁊ ſm hoc accidit fieri paralogiſmum, ſed nõ neceſſe eſt ſi mechus laſciue ornat̃, ⁊ qui laſciue ornatur vt ſit mechus. Nam pluribus hec inſunt, dico nocte errare ⁊ laſciue ornari, quibus ꝑdicatuz non ineſt, ſed talis eſt dictoꝝ ſnia. Ceterum que ſunt ſm lrãm ⁊ ad verba ſic ſe habent. Nam quãdo fuerit mel ex neceſſitate ſeqtur etiam flauũ, ⁊ cũ fuerit aliqđ flauũ putãt eſſe mel ⁊ ſit paralogiſmus hic. Naz accidit bilẽ choleraĩcꝫ eſſe que ſit flaua ꝑterq̃ mel, ſed paralogiſmus ſic decipit, nõne mel flauuz eſt. Vtiqꝫ vt etiã flauũ mel, ſed cholera biliſcꝫ flaua, igitur eſt mel ⁊ deceptiones ob opiniones hinc naſcitur, nam guſtus recipit mel, vt dulce, ⁊ viſus vt flauũ, in qbus opinio cõponens paſſiones, vel vt vnũ exiſtimans quones a qit viſus ob aliqđ flauuz, ⁊ videt aliqđ flauum bile ſtatiz ẽt mel hoc eſſe opinabit̃. Rurſus qa ex neceſſitate imbre deſcendit terra ſit madida, quotiens autem effuſio aque fieret delationẽ pluuie fieri exiſtimamus, hinc etiaz ſolem vnius pedis viſus opinat̃ eſſe, qa ſeqtur phãtaſiam viſus, ſed aliter eſt. Item in rhetoricis ſyll'is demonſtrationes a ſigno ex cõſequẽtibus fiũt, nam qa ſignuz mechi eſt laſciue ornari ⁊ furis nocte errare. Naz ſeqtur ẽt mechũ ipſum laſciue ornari ⁊ furez nocte incedere, ob id rhetorice oſtẽſiones ex cõſequẽtibus fiunt, nam q vult oſtendere ꝙ mechus eſt cõſequẽs accepit ꝙ laſciue ornatur, ⁊ qui furem cõuincere vult ꝙ nocte errat vagaturqꝫ. At pluribus hec inſunt. vz. laſciue ornari ⁊ nocte incedere, ſed ꝑdicatum nõ ineſt. vz. mechus, ⁊ fur. Solutio eſt. Predicatũ autez dicit mechuz de laſciue ornari, ⁊ de nocte incedere furez nõ ꝙ ſint vere ꝑdicata. Nã dictum eſt ꝙ non neceſſe eſt conuertere, ſed vt ab ſophiſtis velut predicata accepta ſunt.

¶ Similr̃ autez ⁊ in ſyllogiſticis, vt eſt Melliſſi oratio, quoniaz infinitum eſt vniuerſuz. Sumens quidem vniuerſum ingenituz, (nã ex nihilo nihil fieri) quod autem factum eſt, ex principio fieri, ſi igitur non factuz eſt, principium non habet vniuerſum. Quare infinitum. non neceſſe eſt hoc accidere. Non enim ſi omne quod factum eſt, principium hꝫ, etiã quicquid principium habet, factuz eſt. Quemadmodum ſi febricitans calidus. etiam calidum neceſſe eſt febricitare.

¶ Silr̃ autez ingt in ſyllogiſticis. vz. videntib⁹ rõnib⁹ ſm ſyllm procedere qualis videt̃ ⁊ hic Melliſſi eſſe. Nam iſte volẽs oſtendere ꝙ vnũ eſt ens ⁊ infinitum ꝓbauit hoc per cõuerſionem forte cũ cõtrapoſitione dicẽdo ꝙ ſi factum hꝫ ꝑncipiuz, nõ factum deinceps non habebit principiũ. Deinde apponit etiam alteraz ꝓpoſitionem ꝙ non hꝫ principiuz eſt infinituz, perinde ac tali ſit ſyllogiſmo cõcluſum, ens nõ eſt factuz, nõ factum ꝑncipium non hꝫ, non hñs principiũ eſt infinitũ, igitur ens ĩfinitũ. Huius igit̃ rõnis plures ⁊ alie petitiones in ꝑ de phyſico auditu dicte ſunt ab Ariſto. Sed oſtẽſuz eſt etiã peccatum cõuerſionis cum ꝯpoſitione. Nã deſtructione cõſequentis in hac etiã deſtrues ãtecedens non ſic eſt, ⁊ etiã de Melliſſo. Nam ſi hõ eſt, ſeqtur etiam aial eſſe ex neceſſitate, ſed aiali non exiſtẽte, perſpicuuz eſt ꝙ neqꝫ homo. Oportebat igit̃ ⁊ Melliſſum ſic cõuertere ⁊ dicere ꝙ ſi factum principiuz hꝫ, ꝙ non principium hꝫ non eſt factũ, ſed iſte nõ ſic fecit, ſed deſtructione ãtecedentis, ſic etiam deſtruxit ⁊ cõſequẽs, ſed rurſus cõſiderandus eſt verba ſm cõceptum Melliſſi oratio, quoniã infinitum

eſt vniuerſum]Demõſtrauit(inqt)Melliſſus,qđ omne infinitũ,qđ eſt ens,nam omne ꝓ ente accepit,demonſtrauit autē hoc accipiens ꝙ ens ingenitũ.vȝ.ens non factum,⁊ ponit huius ꝓbationē.Nam ſi qs dicit ens fieri,vel ex ente fieret,vel ex nõ ente,ſed ex ente qdeȝ fieri non cõtingit.Nã eadē ⁊ de illo q̃remus.Silr quoqȝ impoſſibile eſt ex non ente dicere fieri ens,qa cõis eſt dignitas Phoꝝ,ꝙ nihil fiat ex nõ ente,ↄcludit deinceps ens ingenitũ,ſi ergo factũ hȝ principiũ,nõ factũ principium nõ habebit,ſed ꝙ nõ hȝ principiũ eſt infinitum. Ad hoc igiẽ inqt Ariſto.ꝙ non neceſſe eſt ſi factum oē habȝ principiũ,⁊ ꝙ hȝ principiũ debeat fieri,id ergo ꝙ dictum eſt talē habet inſtãtiã.Melliſſus nõ fieri ⁊ nõ habere principiũ idem exiſtimauit eſſe ⁊ adequari ⁊ inuicem cõuerti,deducebatur autē in hãc ſniam,qa factũ ⁊ habere ꝓncipiũ putauit cõuerti ac idem eſſe,q̃re ſi oē factum ꝓncipiũ hȝ ⁊ principiũ habēs fit,hoc eſt falſũ,ſunt eniȝ q̃daȝ principiũ habentia,ſed nõ ſunt facta ſm grecos,vt celeſtia ⁊ diuina corpora,ſi ergo hoc falſũ,ꝑȝ ꝙ neqȝ non factũ ⁊ non habēs ꝓncipiũ eadē ſunt.

❡Qui ꝟo ꝑpter non cauſam,vt cauſam,cum aſſumitur,quod non cauſa eſt,tanq̃ꝫ propter illud fiat redargutio. Accidit autem tale ad impoſſibile ſyllogiſmis. Neceſſarium enim eſt in his aliqđ interimere ex his,que poſita ſũt. Si ergo annumeretur in neceſſarijs interrogationibꝰ ꝑpter quas accidit impoſſibile, videbitur ꝑpter id ſepe fieri redargutio. Ut quoniam eſt anima ⁊ vita idem. Nam ſi generatio corruptioni eſt contrarium, ⁊ alicui corruptioni erit quedam generatio ↄ̃riũ. Mors autem corruptio quedam, ⁊ cõtrarium vite. quare vita generatio, ⁊ viuere generari. Hoc autem impoſſibile,non ergo idem anima, ⁊ vita. Sed nequaq̃ꝫ ſyllogizatum eſt,nam accidit(⁊ ſi quiſpiam non idem dixerit vitaȝ ⁊ animaȝ)impoſſibile. Sed ſolum contrariũ vitam quidem morti,cuȝ ſit corruptio. Corruptioni autem generationeȝ. A ſyllogiſtice igitur ſimpliciter non ſunt huiuſmodi orationes,ſed ad propoſitũ a ſyllogiſtice. Et latet pleruq̃ꝫ nõ minus ipſos interrogãtes, quod tale eſt. Propter igitur conſequens, ⁊ ꝑpter non cauſam orationes huiuſmodi ſunt.

❡Hic modus eſt ſextus paralogiſmoꝝ extra dictioneȝ,quē autem circa non cauſam vt cauſa appellat.Hūc in ſcđo prioꝝ reſolutorioꝝ non circa ideȝ noĩauit. Fit aũt hoc in ſyllis ad impoſſibile,quãdo etiã ſine ſuppõne nihil minus cõcluderetur impoſſibile cõcludētibus ſophiſtis tale impoſſibile ⁊ dicētibus ꝙ ob ſuppõnem diſputãtium nobiſcũ hoc factũ eſt impoſſibile cum nulla ſit noſtra ſuppõ cauſa ꝙ accidat impoſſibile,nã tunc maxime eſt dicere nõ ob ideȝ.Eſt autē planũ dictum ſic,ſi qs dicit animal omni albo ⁊ nobis dicētibus nõ eſſe verũ. Nõ eniȝ album aĩal eſt,tentat redarguere nos dicēdo, nam ſi falſum omni,eſt verũ ↄ̃dictorie oppoᵐ,aĩal non omni albo.Deinde poſitionē hanc dicētem aĩal nõ omni albo oſtēdens aliqđ impoſſibile ſequi,falſum qdē eē dicit aĩal non omni albo,ſed verũ ipȝ eſſe ipſe introducit ⁊ hoc ipſe dicit,oē album eſſe aĩal,oſtendit autē hoc ſic ſyllm efficiendo aĩal apud nos nõ omni albo,⁊ album omni volatili,⁊ volatile omni coruo,album igiẽ omni coruo,ſed hoc falſũ eſt,igiẽ falſa eſt etiã ſuppoſitio qua impoſſibile ſequutũ eſt,⁊ a qua factũ eſt falſũ.Erat autem dicēs ꝙ aĩal nõ omni albo,igitur verũ hoc omni. Ad hoc dđm non,ꝑpter hoc,nõ eniȝ ob ſuppõneȝ dicētem animal nõ omni albo,cõcluſum eſt albũ omni coruo,ſed circa tuã dicētem albuȝ omni volatili,ſȝ deſtructa ſuppõne noſtra vt dicebatur que eſt cauſa abſurdi, rurſus falſũ cõcluditur,oſtēdit autē ⁊ ipſe qualr non fit ob ſuppoſitionē noſtraȝ falſũ,ſed ob eã ſophiſtarum ⁊ in exempli quodã.Eſt autē dictũ tale,aliquis dicit vere ꝙ anima et vita ſunt idem cauſa,tētat igiẽ ſophiſta oſtēdere falſum hoc ⁊ inqt,ſi eſt aĩa ⁊ vita idē cauſa,deinde tentat oſtēdere impoſſibile aliqđ tali mõ.Nam ſi corruptio dicēs ⁊ generatio ↄ̃rie ſunt ⁊ alicui corruptioni erit aliqua generatio ↄ̃ria,ſed quedam corruptio eſt mors,q̃re eſt etiã morti alicui cum ſit corruptio aliq̃ cõtraria generatio,ſed nihil aliud eſt morti ↄ̃rium q̃ꝫ vita, igiẽ vita eſt generatio,ꝙ ſi vita eſt gñatio ⁊ viuere erit generari,q̃re ⁊ animal qua viuit,fit,ſed impoſle eſt animal qua viuit fieri,ꝙ ſi hoc eſt impoſſibile,igiẽ impoſſibilis eſt etiã ſuppoſitio,ꝑpter quã hoc fit.Erat aũt dicēs ꝙ anima ⁊ vita ſunt idem cauſa,igiẽ non eſt aĩa ⁊ vita idem.Dicimus igiẽ ad hoc ꝙ nõ ob hoc fit,nõ enim qa nos dicimus aĩam ⁊ vitam idē cõcluderetur aĩal qua viuit,fit.Quia ⁊ hoc non poſito nihil minus per reliq̃s ꝓpoſitiones impoſſibile ↄcluderetur,ſed impoſſibile cõcluſum eſt ob id,qa dicebas vitã ↄ̃trariã morti que eſt corruptio,nã corruptio nõ vite eſt ↄ̃ria,ſed corpi aĩato,ſed vite diſſolõ ē ↄ̃ria,⁊ diſſolõ nõ eſt eadē corruptioni,nõ eni nẽcẽ ē vt diſſoluta ⁊ abinuicē ſeũcta corrũpi. Ecce.n. aliquis diſſoluit abinuicē que ſunt ex lana fila inuicē cõiuncta ⁊ glomerata,ſed hoꝝ diſſolutio nõ iam facta eſt his cauſa corruptiõis.Rurſus ſi aliqd ab aceruo ſecerneret cibum granſue ⁊ ordeũ que ſunt inuicē cõmixta, diſſolutio quidē ⁊ ſegregatio anime ⁊ corporis abinuiceȝ non erit mors corruptio.Quod autē mors eadē ſit corruptioni,patet etiã ex ipſo mori cũ dicitur viuēs moriẽ, ⁊ mortua inanimataqȝ corpa corrũpi. Si aũt erat mors ⁊ corruptio idem,vbi anima ſeparatur a corpore corrũperetur corpus,ſed nõ eſt hoc,ſed multo poſt corruptio corporis fit.Eqdeȝ dicta ſic ſe habēt,ſi ergo illud connumerareẽ in neceſſarijs interrogationibus, vt impoſſibile accidat ↄcluſionis tale eſt,ſi in neceſſarijs interrogationibus.i.dictis ꝓpõnibus ab cõtendēte.Naȝ has dicit neceſſarias interrogationes,non ꝙ neceſſarium aliqđ concludat,ſed ꝙ his nõ ſumptis nõ cõcluderetur ꝓpoſitionũ impoſſibile.Si ergo in talibus cõtendentis ꝓpoſitionibus cõnũſcereẽ id de quo ſophiſta ↄſiderat ad auferendã ↄ̊nem accidētem ex ſcire impoſſibile.i.cauſa facta eſt ipſa ꝓpoſitio ipſius accidentis ↄ̊nis impoſſibilis. Naȝ per hãc cõcluditur tale abſurdũ,videbitur ſepe ob id fieri redargutio,ſiqdem ⁊ hic facta eſt, nã cõnumeratum hoc interrogationibus neceſſarijs vita contraria morti cuȝ ſit corruptio,nõ eniȝ eſt vt diximus mors corruptio ſed diſſolutio aĩe ⁊ corporis.Cõnumeratum igitur neceſſarijs interrogationibus hoc mors ⁊ corruptio idem quo aſſumpto cõcluſum eſt ꝙ vita eſt generatio ⁊ viuere generari ⁊ aĩal qua viuit generari. Tales autē ſyllos aſſyl

logiſticos ſimplr ingt.non eſſe.i.vniuerſale,ſed ad propoſitũ aſyllogiſtici,qa non concludunt ꝙ tollitur,quia falſę ꝓpoſitiones accipiũtur,ſm hoc igr̃ ſunt aſyllogiſtici,illud autẽ latere pleruͦqȝ nõ minus ipſos interrogãtes tale eſt,ꝙ nõ ſoluȝ reſpõdentes ignorant ⁊ putãt nõ eadem vt eadẽ,⁊ hinc deceptiões adducũtur ⁊ ſophiſmata ſunt.Item interrogantes ipſa,hoc patiuntur,vt etiam Polus voluntateȝ ⁊ exiſtimationem idem exiſtimans velut vnum exiſtẽtium interrogat Socrateȝ.

¶ Qui autem ꝓpter id,quod eſt duas interrogationes vnam facere,quando latet plures eſſe,⁊ perinde ac vna ſit,aſſignatur reſpõſio vna.Eſt autẽ in aliqͥbus facile videre quoniam plures,⁊ quoniaȝ non vna reſpõſio dãda eſt,vt vtrum terra mare eſt,an cęlum:In aliquibus vero,minus,⁊ quaſi vna ſit,aut cõfitentur,(quoniaȝ non reſpondent ad interrogatum)aut redargui videntur.Vt putas hic ⁊ hic eſt hõ:Quare cum aliquis percuſſerit hũc,⁊ hũc,ꝑcutiet hominem,⁊ non hoĩes.

¶ Septimus ⁊ vltimus modus ſophiſmatũ extra dictionem eſt qui eſt facere duo interrogata vnũ facere.Dicitur autẽ ſic ꝙ vnũquodqȝ ſubiectoꝝ ⁊ de qͥbus eſt oratio ꝓpria interrogatione indigẽs nõ proponit ſeorſum ac ſeparate interrogãs,ſed cõmiſcens differentia ſubita ⁊ vt de vno interrogãs decipit reſpõdentem,quãdo ēt ipſe reſpõſionẽ vt vnius ſubiecti daret,vt de hoc ſophiſmate,aliquis Socratẽ ⁊ Platoneȝ verberat,Socrates ⁊ Plato homo eſt,igr̃ aliquis hoĩem,ſed non hoĩes verberat,tale aliqd etiam fecit Polus in Gorgia interrogando Socratem de pluribus vt vnuȝ,erat autẽ interrogatio talis.Dic mihi o Socrates,nõ vidẽtur tibi rhetores vt etiã tyrãni facere omnia quę volũt,⁊ videntur ipſis meliora eſſe.Nam hic plura interrogauit vt vnum ipſe Polus,nã aliud eſt voluntas,⁊ aliud exiſtimatio,quem Socrates reiecit interrogãtem ſimul plures interrogationes tãqȝ ignorãtem differẽtiam volũtatis ⁊ exiſtimationis,atqȝ velut vnius rei facientem interrogationem vnam.In qͥbus igitur ingt facile eſt videre ꝙ duo ſunt interrogata.Naȝ ſic oportebat interrogare,vtrũ terra mare ſit,deinde an cęluȝ mare ſit.In qͥbuſdam aũt ingt non eſt facile videre ꝙ plura ſint interrogata,vt ſi habuit Poli interrogatio ꝓdicta,⁊ quia nõ patet ꝙ plures ſunt interrogationes.[Aut cõfitẽtur nõ reſpõdere ad interrogatuȝ,vel videnť redargui].Tale autem eſt dictum,hoc.ſ.interrogati tali interrogatione,aut fatẽtur non reſpõdentes ad interrogatũ.Praui ſocij ſunt q cõe opus impediũt,tãqȝ ſit extrinſecus acceptuȝ hoc ꝙ ſint praui ſocij.Nam fatẽtur prauuȝ eſſe ſodaleȝ eo ꝙ nõ reſpondent ad interrogatũ,vel qa reſpondẽdo videnť redargui.Eſt autẽ ſic intelligẽduȝ dictuȝ,interrogati vel nihil reſpondẽt ⁊ confitentur ſilentio aliquo modo,nã ſilentium indicat illud[vtiqȝ]aduerbium admittendi,vel reſponſionem dantes videntur redargui.

¶ Aut rurſum,quorum hęc quidem ſunt bona,illa autem non bona,omnia hęc bona,aut non bona:Nam vtrũuis dixerit,eſt quidem vt aut redargutionem,aut apparens falſum videatur facere.Dicere enim eoruȝ,quę nõ bona ſunt,aliquid eſſe bonum,aut eoruȝ,quę bona ſunt,non bonum,falſum eſt.Quandoqȝ autem aſſumptis quibuſdam,redargutio etiam fiet vera.Vt ſi quis concedat ſimilr̃,⁊ vnum,⁊ plura dici alba ⁊ nuda,⁊ cęca.Nã ſi cęcum eſt,qđ non hȝ viſum,natuȝ tñ habere,⁊ cęca erunt.quę non hñt viſum,nata aũt habere.Quãdo igitur hoc quidem hȝ viſuȝ,illud autem non habet,ambo erunt vel vidẽtia,vel cęca,quod eſt impoſſibile.

¶ Et hoc exẽplum eſt interrogatis plura vt vnũ,nam ſic oportebat dicere,an tẽperantia bonũ vel malũ,⁊ vtruȝ intẽperantia bonuȝ an malũ,ſed qui miſcet vtraqȝ ⁊ velut de vno interrogat nõ imanifeſtum eſt ꝙ decipiet reſpõdentem,ſiqdem cõſentit interrogationi affirmatiuę vel negatiuę.Nam ſi interrogatus an tẽperantia vel intẽperantia bonũ eſt vel malum,dixerit ꝙ eſt bonuȝ accidet vt intẽperantia quę nõ eſt de numero bonoꝝ,ſit bonum,ſi autẽ negabit,accidet rurſus tẽperantiam cuȝ ſit de numero bonoꝝ non eſſe bonuȝ,⁊ aliquãdo ſic inquit fieri redargutionẽ apparẽteȝ ex hoc ſolum ꝙ affirmat vel negat in interrogatione plura,vt vnum interrogãte.Nam affirmare nõ aliqd bonum eē bonuȝ,aut aliquid bonũ non eē bonum falſum eſt,aliquãdo auteȝ accidet,⁊ redargutionẽ verã fieri quibuſdaȝ aſſumptis,vt ſi quis interroget,nam ꝙ eſt in vno etiaȝ in plib[9] ſit,⁊ hoc accipiens aſſumat,qa cęcuȝ eſt ꝙ nõ hȝ viſum,ſȝ aptum eſt habere,⁊ cęca erant ea quę nõ habẽt viſum,ſunt tamẽ apta nata habere,⁊ ſi albũ eſt hñs colorẽ congregatiuum viſus,⁊ alba ſunt habẽtia colorẽ diſgregatiuum viſus.Eteniȝ in his nõ eſt vna interrogatio.Naȝ niſi quid ſi cęcum eſt nõ habẽs viſum,ſed natum eſt habere,⁊ cęca ſunt nõ habẽtia apta nata tamẽ habere,nõ eſt vna interrogatio.Nam qa illud eſt eoruȝ ꝙ aptum eſt habere viſum nõ habet,vt hoc ꝓpter cęcitatem hñs aſpectum,⁊ hoc nõdum aptuȝ habere viſuȝ,vt catulus abuſiue dicũt cęcũ.Naȝ nõdum natũ aptumqȝ eſt habere viſum,q̃ño non erit differentia interrogando niſi qd ſi cęcum eſt nõ hñs viſum,ſed aptum eſt habere;⁊ cęca ſunt non hñtia viſum,ſed nata ſunt habere.Naȝ ſi aliqͦ eſt cęcum ob cęcitateȝ ꝙ etiaȝ cęcum eſt veruȝ dicere,⁊ alia quę nõdum ſunt apta habere,quę etiã abuſiue dicimus cęca vt in catulis,non eniȝ eſt verũ dicere ꝙ cęci.Cum igr̃ duę ſunt interrogatiões nõ vna eſt ad hęc reſponſio.Si autẽ aliqs corriperetur ob vna interrogatione,⁊ velut vna eſſet,hęc dixerit ꝙ vtqȝ ſunt cęca qͥ erit aſpectus catuloꝝ,⁊ aliqua nõ.Non enim poſſibile eſt cęcum intueri,erũt omnia vel vidẽtia vel oĩa cęca.Naȝ per quã rõnem diceret ſophiſta ad reſpõdentem,aliqua ſunt vidẽti,⁊ hoc nõ eſt videns.Naȝ qa ambo dixit cęca eſſe quę nõ haberet viſum,ſed apta ſunt habere,vel ambo neceſſe eſt videre vel neutruȝ.Sed tale ſophiſma non ſolũ factum eſſe ob duas interrogatiões velut vnaȝ interrogatas,ſed etiã ob defectum ipſius proprie ⁊ vere redargutionis.Nam dixit in eodẽ poſt alia ⁊ ꝙ opȝ accipere eodẽ modo ⁊ in eodẽ tempore.i.interrogatum nõ eſſe tale,vt interrogans alio tempore accipiat ſubiectuȝ,⁊ reſpõdes alio tempore.Hoc autem fit hic,non eniȝ omne ꝙ aptũ eſt habere viſum ⁊ nõ hȝ cęcuȝ eſt,ſed non habens ꝙ natum eſt habere.

¶ Aut igitur ſic diuidendum apparentes ſyllogiſmos, ⁊ elenchos, aut omnes reducendū ad elenchi ignorantiam his, qui hanc principium faciunt.

¶ Cū dixerit duas ſpēs eſſe paralogiſmorum quibus videntur ſophiſtę redarguere colloquentes ⁊ obycientes, ⁊ docuerit quod quinque modi qui ſunt ſub his ſpēbus ſophiſmoꝝ, ⁊ hoc ꝓpter dictionē nominās, ⁊ aliud extra dictionē. Et hos modos ob dictionē ſophiſticos ſex eſſe aſſignās, ęquiuocationē amphibologiam aut ambiguitatem, cōpoſitionem, diuiſionem, accētum figurā dictionis, ⁊ ſeptem extra dictionē eſſe apertiſſime ponēs, vt illum ob accidēs, eum etiā ob ſimplr, ⁊ aliquo mō ⁊ non ꝓprie dici partes, illum etiā ob determinationem ſyllogiſmi ⁊ redargutionis, item eū ob aſſumere in principio, eū ꝑterea ob cōſequēs, atq illum ob nō cauſam vt cauſa, ⁊ deniq illū ob duas interrogationes vt vnā facere, nūc dicit ꝙ vel ſic diuidēdum eſt ſophiſticas redargutiones, ⁊ dicendū ꝙ ſunt alij ob dictionē, ⁊ alij extra dictionem, ⁊ hi ob dictionē ſex ſunt, ⁊ hi extra dictionem ſeptem ſunt.

¶ Fieri enim poteſt, vt omnes dictos modos reſoluamus ad elenchi definitionē. Primū quidem ſi a ſyllogiſtici fuerint. Oportet enim ex his, quę poſita ſunt, accidere concluſionē, ⁊ (vt ita dixerim) ex neceſſitate, ſed non apparere. Deinde ⁊ ſm partes definitionis.

¶ Dicit ſcđo oēs ꝑdicti poſſunt reduci ad redargutionis ignorantiam, imo ipſe omnes reducit, nā qa redargutio eſt vt dictum eſt eiuſdem ⁊ vnius nō nominis, ſ; rei ⁊ nominis nō vniuoci, ſed eiuſdem ⁊ vnius ſubiecti ex datis reſpondēti nō cōnumerato eo ꝙ eſt in principio, ⁊ ſm idem, ⁊ ad idē, ⁊ eodē modo, ⁊ in eodem tēpore, qui ergo hęc ignorat, vel aliquid hoꝝ ex neceſſitate īcidet in falſum ⁊ decipietur. Quia igit vt dictum eſt redargutio eſt ſyllus ꝯtradictionis, ⁊ ſylls ex poſitis eſt, qui ergo ignorat quid eſt ſylls, ⁊ ꝙ ex poſitis opz accidere cōcluſionem decipietur de eo ꝙ non eſt cōcluſum ſyllo neq ex poſitis cōcludens apparētem contradictionē. Tales autē fuerunt cōcludentes cōtradictionē non ex ipſis poſitis, vt paralogiſmi aſſumētes non cauſam vt cām, ⁊ petētes in principio, ⁊ ob cōſequens. Primū igit ingt ſimpliciter reducētur omnes paralogiſmi ad ignorātiā redargutionis tāq aſyllogiſtici ⁊ nō ex poſitis cōcludētes ꝙ eſt ꝓprium ꝓprie ſylli. Deinde reducētur oēs hi ⁊ ad partes diffōnis redargutionis, ⁊ oſtendetur ꝙ ob defectum alicuius partis in redargutionem ſophiſma cōſtitutum eſt, aut quia ſumitur ob ęquiuocū, aut ob ambiguum, vel alterum aliquid.

¶ Nam eorum, qui ſunt in dictione, hi quidē ſunt ꝓpter duplex, vt ęquiuocatio, ⁊ oratio, ⁊ ſimilis figura. Conſuetum enim hoc omnia vt hoc aliquid ſignificare.

¶ Dixit ꝙ paralogiſmoꝝ vnuſquiſq reducetur ad ignorātiam redargutionis, ⁊ ſimplr vnum dixit redarguens paralogiſmos, ꝙ eſt, qa non ex poſitis ipſi cōcluduntur ꝙ etiā in determinatione redargutionis dictū eſt. Nunc autē ⁊ ꝓpter vnamquāq partē redargutionis hos fieri docet, ⁊ prius ingt illum ex ęquiuocatione fieri ob id qa non eſt vnus nomen ⁊ rei, ⁊ illum ex ambiguitate. Nā hos indicauit per hoc, vel ęquiuocatio ⁊ oratio. hi ergo ⁊ ſimilis figura dictionis. i. qui ſunt ob figuram dictionis, qđ ob redargutionis ignorantiā fiunt, pz. Nam ponitur redargutio eſſe eiuſdē ⁊ vnius nō nominis ſed rei. Eqdem hi ex ęquiuocatione ⁊ ambiguitate ex nominibus, vel etiā orationibus nō ſimplicia, ſed differentia ſignificātibus ſunt atq ſimilis figura. Nam diſcere duo ſignificat ⁊ ęquiuocū eſt. Itē ambigua oratio ſimilr, vt ꝙ videt aliquis hoc videt dicēdo duo patefacit. ſ. vidētem ⁊ viſum ⁊ agere circa paſſionem, duo hęc indicat vt dictum eſt. Nā eſt ſignificatiuū paſſionis ⁊ actionis, quod eſt ſylli ob figuram dictionis. Patet igit ꝙ etiam hi tres reducentur ad ignorātiam redargutionis, qa non ſunt vnius ⁊ eiuſdē rei, ſed oportet eū qui vult facere ſyllogiſmū ⁊ redargutionē eādem ⁊ vnā rē aſſumere. [Conſuetum enī hoc oīa vt hoc aliqđ ſignificare] videt dici de ambiguitate, ⁊ nō de paralogiſmo ob figurā dictionis quem ſimilē figura hic dicit vt dictū eſt. Nam cōſuetum eſt ſilentē dicere nō ſolum ſilētem, ſed etiā ea quę ſilemus ⁊ vidētem ſignificare eum qui videt ⁊ ꝙ viſum eſt. Subiūxit autē hoc reuocans nos ad memoriā ꝑus dicti, quod vnus modus eoꝝ ob ęquocationē ⁊ amphibologiā, ⁊ hic quādo ꝯſueti fuerimus ſic dicere.

¶ Compoſitio autem, ⁊ diuiſio, ⁊ accentus, quoniā qđ differens eſt, non eſt eadem eſt oratio, aut nomen. Oportebat autem ⁊ idem eſſe, quemadmodum ⁊ rem eandem, ſi debebat elenchus ⁊ ſyllogiſmus eſſe. Ut ſi tunicam non veſtis ſyllogizetur, ſed tunica. Nā verum eſt, ⁊ illud, ſed non ſyllogizatū eſt, ſed adhuc ei qui quęrit propter quid, interrogatione opus eſt, quoniam idem ſignificat.

¶ Et a cōpoſitione ingt. ⁊ diuiſione deceptio reducetur ad redargutionis ignorātiam, nā opz de proprie redargutione idem ſignificari, ⁊ ſeorſum, ⁊ cū cōpoſitiōe, qđ quidem in cōpoſitione ⁊ diuiſione accidit, ſed alterū quidem eſt ſeorſum a noībus ⁊ verbis ſignificatū, ⁊ alteꝝ ab horū cōpoſitione. Nā litere ſeorſum ⁊ hoc ſcit ſeorſum nō idē ſignāt, ⁊ cōpoſita vt de litera ſcitur ⁊ notatur. Itē Socrates ſedet, ſedens pōt ambulare, igit Socrates ambulat nō idē ſigt, vt dictū eſt etiam prius quę dicēdo cauſam dicit qua reducētur ꝑdicti paralogiſmi ad elenchi ignorātiam. Eſt autē hęc cauſa, qa nō idē ſignat ęquiuocū ⁊ ambigua oratio. Intelliget autē hoc ēt dici de cōpoſitione ⁊ diuiſiōe, qa ad redargutiōis ignorantiā hi reducētur. ſ. non idē ſignificare. Nā ambulat ⁊ hoc pōt ambulare, vtriq ⁊ hoc quod diſſoluis, ⁊ hoc nō diſſoluis nō idē ſignāt. Nā ambigua oratio ⁊ nomen differēs nō idē ſignificāt. At opus erat etiā hoc, vt nomen non ſignificet differētia. Nam vt rē vnā ⁊ eandē eſſe oportet ſi redargutio fieri debet, ſic etiā nomen nō pluriū eſt indicatiuum. Nam vt ingt nō ſit redargutio ſi in alia re interrogatus affirmaret, ⁊ in alia cōtradictionem apparētē cōcludit interrogās, ſic etiā ſi res quidē vna fuerit, ⁊ multiuocū minime, de eodē autē noie de quo affirmatiue interrogatus cōcluderet cōtradictionē interrogās nō videtur redargutio vera fieri, ſed adhuc opus eſt interrogatione, ſi idē ſit hoc ⁊ illud, vt ſi quis ſic. ſ. fuerit. An ſcribe ⁊ alij hoīes quę videri poſſunt, videant, aut impoſſibilia, poſſibilia vtriq, igitur tu ⁊ ego,

vtriq;, vides autẽ pallia noſtra tunicaſq; vtriq;, igiť poſſi-
bilia videri ſunt hęc, igiť vides noſtra pallia tuniceſue,
ſed etiã non vides, de hoc ſi idez eſt tunica ⁊ palliũ aut
veſtis, ſed tamẽ, qa plures auditores non determinant
non capiũtq; rurſus oratio eget interrogatione ſi idẽ ſit
palliũ tunicę, aut veſtis tunicę. Opz igiť vt res eſt vna ⁊
eadem ſi debet fieri redargutio, vel fore, ſic etiaz nomẽ
vnum ⁊ idẽ eſſe, ⁊ nõ veſte addita oſtendere palliuz vel
tunicam ſed veſtẽ. Nam verus ſyllus eſt ⁊ ille qui p ve-
ſte palliuz vel tunica ſyllo cõcludit, ſed qa aliqs ignorat
q idem ſit pallium cum veſte, cõturbabiť nõ imerito, ⁊
hic quęret propter quid, ob id inquit non ſyllogiſmũ fa-
cere qui ſic ratiocinatur.

**Qui vo ſm accidẽs, definito ſyllo, manife-
ſti fiunt. Nam eãdem definitionem oportet
ſyllogiſmi, ⁊ elenchi fieri, attamen ⁊ adiũge-
re contradictionem. Siquidem elenchus ſyl
logiſmus contradictionis eſt. Si igitur non
eſt ſyllus accidentis, non fit elenchus. Non
enim ſi cũ hęc ſint, neceſſe eſt illud eſſe, id aũt
eſt album, neceſſe eſt album eſſe pp ſyllm.**

Reducit in ſuperiorib⁹ dictis paralogiſmos ob dictio
nem ad elenchi ignorãtiaz, nũc autẽ ⁊ primũ eoꝝ extra
dictionem qui eſt ob accidẽs ad redargutionis elẽchiq;
ignorãtiam reducit, ⁊ inqt q a diffõne ſyllogiſmi pate-
bit reductio taliũ ſophiſmatuz ad redargutionis igno-
rãtiam. Quod vo a diffõne ſyllogiſmi in dictã ignoran
tiam redargutionis reduciť, planum facit ex diffõne ſyl
logiſmi. Nam ſi ſylls eſt oratio in qua qbuſdaz poſitis al
terum qd a poſitis accidit, ⁊ de accidẽte nõ a poſitis al-
terum quippiã accidit, vel cõcluditur, igiť ab accidente
non eſt ſylls, ideo neq; redargutio. Planũ igitur quã be-
ne ⁊ hic reducitur ad redargutionis ignorãtiam. Nam
ignorat quomõ oportet redarguere qui ſic redarguere
videť. Et hac ratione ſyllus ab ipſa redargutione diſcre
pat eo q ipſi additur cõtradictio. Nã redargutio eſt ſyl-
logiſmus cũ ɔ̃dictione cõcluſionis, naz ſiqs ſyllo cõclu-
deret hoiem de nullo lapide per mediũ animal ſic dicẽ
do, animal de omni hoie, aĩal de nullo lapide. Et aliqs
inſtat aduerſus hũc nõ ſic ſe habere cõcluſum, ſed de ali
quo lapide pdicari hoiem, ſi hoc poſituz fuerit, ⁊ aſſum-
pta fuerit alia ppoſitio aĩal a lapide negãs in 3ª figura
ſyllus fiet, animal de omni hoie concludendo q eſt fal
ſum, ſed omni homini aĩal, ⁊ ſic ſylls redargutionis fiet
habẽs cõtradictionẽ ante ɔ̃nez. Hęc igiť pprie redargu
tio in qua ɔ̃dictio cõcluſi cõplectitur, ſed ab accidẽte nõ
eſt redargutio. Sed in ſecũda figura etiã talis ſylls com-
poni põt, quod qdez igiť ſyllogiſmus elẽchus ɔ̃dictiõis
ſit dictuz ⁊ oſtẽſum eſt, qđ vo etiam de alijs qbuſdã nõ
ſolum, ſed etiã de hoc Ariſtoteles ipſe in 2° prioꝝ reſo
lutiuoꝝ dixit, ⁊ nos in noſtris cõmentarijs ⁊ gloſſemati
bus in illa diximus. Vnde qui talia cõmentaria habẽt B
cognoſcẽt, vbi etiam demõſtrauimus ſyllm ob acciden
tez nõ eſſe ſyllm, qa non cõcludit aliqd alterũ a poſitis.
Nam cuiq; patet q nõ eſt talis ſeruãs in ſeipſo ſylli diſ-
finitionẽ, nam hoc dicere hoiem muſicũ, muſicuz nãq;
eſt accidẽs, deinde cõcludere hoiem accidẽs, ⁊ ſuba i q̃-
le longe eſt a ſyllogiſticę diſciplinę methodo cęteruz il-
lud, nõ enim ſi cũ hęc ſint neceſſe eſt hoc eẽ, cauſa eſt p-
batrix huius ſyllm non eſſe ab accite ſyllm. Nam qbuſ-
dam poſitis ſm ſyllogiſticã methodũ, ſm illam conclu

Nõ ſemel de dit exemplũ Alexander.

Ecce q fecit ſcdm librũ priorum, et non inueni- tur nunc.

dit ſyllogiſticũ ⁊ deductuz. Si autẽ non vt ars iubet ter-
mini poſiti fuerint, ſed aliter ſumpti fuerint ⁊ aliter neq;
cõcluſio artificialiter concludeť, vt etiã in exẽplo facto
apparet, ſed rõni occultationem ingeſſit, qa ſumitur mi-
nor terminus, ⁊ ſi non oĩno, qa ipſuz hoc aliqd de com-
poſito accipiť de ſuba quidaz dictum. Nam oĩs ſuba B
aliqd ſignificare videť, opz igitur conſtituere ⁊ aperire
verba, ⁊ ſic dicere, nõ eniz ſi cũ hęc ſint neceſſe eſt B eẽ,
vel nõ eniz ſi Socrate exiſtẽte albo, ⁊ albũ color diſgre-
gatiuus viſus. Naz p colore albũ accepit, neceſſe eſt igiť
Socratẽ eſſe colorẽ diſgregatiuũ viſus, qa vna cõcludiť
falſus ſylls, nam huius indicatiuũ hoc p ſyllm, vel p ſyl-
logiſmuz p hoc, qa apparens eſt ſylls, ⁊ nõ eſt, qa ab ac-
cidẽte falſum cõcluſum eſt, non eniz ſyllus talis, qa non
idez mediũ in ambab⁹ accipiť ppõnibus, ⁊ ſi imperitis
artis videať tale eſſe ſylls, nam aliter albũ in minore p-
poſitiõe dicẽte Socrates albus eſt aſſumptuz eſt, ⁊ aliter
in maiore, nã in minore cõpoſitũ aſſumptũ eſt .ſ. ſubſtan
tia ipſa cũ qualitate, ſed in maiore ſola ipſa q̃litas, ſz ſic
nõ redarguendũ eſt aliter ſyllm, ſed ipm terminuz q nõ
ſimilr in duabus ppõnibus accipitur. Verum exiſtimo
magis tale ſophiſma a Phędro, ⁊ hic aſſumi, qa ibidem
Socratez ſeipm oſtendit cigno ſimilez, vt ſit rõ ſic in 2ª
figure ex duabus affirmatiuis particularibus cõcludẽs
Socrates albus, cignus albus, igitur Socrates cignus p-
inde ſit, hoc eſt album ęquale hinc, hoc autem albuz ci-
gnus eſt, ⁊ oportet aſſumere p albo cignum.

**Neq; ſi triangulus duobus rectis tres an-
gulos habet ęquales, ⁊ accidit ei figuraz eſſe,
vel primum, vel principium, quoniam figu-
ra, vel primum, vel principium tale eſt. Nam
non quatenus figura, vel primum, vel princi
pium, ſed quatenus triãgulus demonſtratio
eſt. Similiter autem ⁊ in alijs.**

Hoc etiã oſtẽſiuum eſt q nõ ſit ſyllus ab accidẽte, ⁊ B
eſt q inqt. non eniz ſi triãgulus duobus rectis ęq̃les ha-
bet angulos, accidit autẽ ipſi ⁊ figuraz eſſe, qa hoc eſt fi-
gura, ideſt habere tres angulos duobus rectis ęq̃les q
inerit omni figurę. Nã hoc q figura ſignificet vel ſic, ne-
q; ſi triãgulus duobus rectis ęq̃les angulos habz, ⁊ acci
dit ipſi figuram eſſe, qa figura pro hoc, qa figura eſt triã
gulus, iã omni figurę ipm habere tres angulos duobus
rectis ęq̃les inerit, nõ enim vt de figura facimus demõ-
ſtrationem anguloꝝ, ſed velut de triãgulo, ⁊ paralogiſ-
moruz deductio in tertia figura cõcludetur, triangulus
eſt figura, triãgulus tres angulos duob⁹ rectis ęq̃les ha
bet, igiť figura tres angulos duobus rectis ęq̃les habz,
quare etiam quadratum, qa eſt figura tales habebit an-
gulos, ſed hoc abſurdũ eſt, nõ enim eſt octãgulum tale,
vel reliquę figurę, vel circulus. Itẽ ſyllogiſmus ɔcludẽs
per mediũ triangulũ q principiũ ⁊ primuz duobus rectis
ęquales hz angulos in tertia concluditur figura. Igiť di
cẽdum eſt ſic, nõne triãgulus hz tres ęquales duobus re
ctis, ſed accidit triãgulo eſſe figurã, vel primuz, vel prin-
cipium, qa hoc .i. triangulus figura eſt, vel principiũ, vel
primũ, iã omnis figura habebit tres angulos duob⁹ re-
ctis ęquales, nõ eniz vt de figura tales demõſtrationes
anguloꝝ facimus, ſed velut de triangulo, neq; vt de pri
mo vel principio. Similis dictis paralogiſmus eſt ⁊ hic,
canis tuus eſt, hic pater eſt, canis igitur tuus pater eſt, ſi-
militer autez ⁊ in alijs ſophiſmatibus quę ſunt ob acci-

dens

dens, nam defectum habent verba contextus.

¶ Quare ſi elenchus eſt ſyllus quidã, nõ vi‑ qꝫ erit elenchus, qui ſm accidens. Verũ ꝓ‑ pter hoc ⁊ artifices ⁊ oĩno ſcientes ab inſciis redarguuntur. Nã ſm accidens ſyllogiſmos faciunt contra ſapientes, qui ſi nõ poſſunt di‑ uidere, aut interrogati concedunt, aut non cõ cedentes, putantur conceſſiſſe.

¶ Qui autem eſt ab accidente non eſt ſyllogiſmus, neqꝫ igitur ſyllogiſmus elẽchus, vnde qa ignorant ꝓprie elẽ‑ chum redargutionẽqꝫ artifices ⁊ vniuerſalr̃ ſciẽtes cir‑ ca ſingula a neſcientibus ⁊ ſophiſtis videntur redargui. Naꝫ hoc eſt illud. [Redarguuntur] nã vnuſquiſqꝫ ſciẽs ſi contingerit vt ſit inſcius quis ſit elenchus decipietur, circa quę eſt ſciens ab inſcio qui eſt ſophiſta, vt omnis qui ſcit diſciplinas ⁊ muſicam ignorans ſyllogiſmus ab accidente vel redargutionem decipietur. Nam ab acci‑ dentibus imperiti faciunt ſyllogiſmos aduerſus peri‑ tos, ſed ſcientes ſi contingerit, vt diuidere nequeant ⁊ diſcernere quales hi ſit ſyllogiſmi ab his per ſe, ⁊ qui qualeſqꝫ ſint ab accidentib⁹ interrogati concedunt in‑ terrogata ⁊ redarguuntur, vel non concedentes, ſed ſi‑ lentiũ venerãtes, ⁊ ſic ⁊ ſic ꝯnuere ĩterrogatiõi ab audi‑ entibus exiſtimanť, qa ſilentiũ eſt indicatiuũ ꝯſenſus.

¶ Qui ꝟo propter ipſuꝫ aliquo mõ, ⁊ ſimpli‑ citer, qm̃ non de eodem negatio ⁊ affirmatio eſt. Nam aliquo mõ albi, aliquo mõ nõ albũ, ⁊ ſimplr̃ albi, ſimplr̃ non album negatio eſt. Si igiť eũ datur aliquo modo eſſe albuꝫ, qꝫ vt ſimplr̃ dictũ accipit, nõ facit elenchũ. Ap‑ paret autem ꝓpter ignorantiã ipſius quid eſt elenchus. Manifeſtiſſimi autem omniũ, qui prius dicti ſunt, propter elenchi definitioneꝫ ſunt. Et ꝓpterea ſic nuncupati ſunt. Nam ꝓꝑ orationis omiſſionem phantaſia fit. Et diui‑ ſis hoc pacto commune in omnibus his po‑ nendum eſt orationis omiſſio.

¶ Secũdus modus eſt (vt diximus) paralogiſmorum extra dictionẽ ille ob aliquo modo ⁊ ſimpliciter, qđ au‑ tem ⁊ hic ob elenchi redargutioniſqꝫ ignorantiã ſit cũ‑ ctis perſpicuum eſt. Nam redargutio eſt vt ſępe dictum eſt, quando ex quibus dat reſpondẽs accideret negare vel affirmare, ſed in hoc non eſt ſic. Nõ eniꝫ ſi a reſpon‑ dente dante aliquo modo album eſſe ęthiopeꝫ ⁊ inter‑ rogans per totum corpus nigrum eſſe oſtendat in con‑ tradictione deduxit ſecum diſputantem, ſed hęc dicta manifeſta ſunt ex his quę diximus quando hunc mo‑ dum a principio expoſuimus, inquit igitur omnes para‑ logiſmi ad elenchi redargutioniſqꝫ ignorantiam redu‑ centur, ⁊ manifeſtiſſimi maxime omnium qui reduciũ‑ tur ad hęc hi qui ob dictonem ibi, ⁊ hic appellati fue‑ runt tãqꝫ dictio ſit cauſa cõmittendi paralogiſmum ce‑ terum illud cum dicit. Nã propter orationis omiſſionẽ phantaſia fit, ſcilicet phantaſia quę videtur redarguere ⁊ decipere vniuerſalr̃ dictum eſt. Sed tale eſt per hoc ſi‑ gnificatum, qꝫ omnis qualiſcunqꝫ paralogiſmus, ⁊ om‑ nis phantaſia paralogiſmi ob defectuꝫ quẽdam oratio‑ nis ſit, ideſt diffinitionis elenchi redargutioniſqꝫ, vel [ora‑] tionis] dicit. ideſt ſyllogiſmi quo verus elenchus ſit, ſed quãdo aliquid deficeret prędictę diffinitionis redargu‑ tio ſit, ſed quando deficeret apparens redargutio.

¶ Qui ꝟo ꝓpter id qđ ſumitur quod erat in principio, ⁊ nõ cauſa vt cauſa ponit, manife‑ ſti ſunt per definitionẽ. Nã opꝫ ꝯcluſionem accidere eo qꝫ hęc ſunt. Et rurſuꝫ nõ cõnume‑ rato eo, qđ erat in principio, qđ nõ hñt hi, qui ſunt ꝓpter petitioneꝫ eius, quod eſt in princi‑ pio. Qui ꝟo ꝓpter conſequens pars ſunt ac‑ cidentis. Naꝫ conſequens accidit. Differt au‑ tem ab accidẽte, quoniã accidens quidem eſt in vno ſolo ſumere. vt idem eſſe flauũ ⁊ mel, ⁊ album, ⁊ cignum. Qđ autem ꝓpter conſe‑ quens, ſemper in pluribus. Nam quę vni, ⁊ eidem ſunt eadem, ⁊ ſibi inuiceꝫ poſtulamus eſſe eadem. Propter qđ ſit qui propter con‑ ſequens elenchus. Eſt autem non omnino verum, vt ſi ſit album ſm accidens. Nam ⁊ nix, ⁊ cignus albo idem. Aut rurſuꝫ in Mel‑ liſſi oratione idem accipit factum eſſe, ⁊ prin‑ cipium habere. Aut ęqualia fieri, ⁊ eandem magnitudinem accipere. Quoniam eni prin‑ cipium habet, quod factum eſt, ⁊ quod ha‑ bet principium factum eſſe poſtulat, tãquaꝫ ambo ei, quod eſt principium habere, eadem ſint. vꝫ. factum eſſe, ⁊ finitum.

¶ Valde ſunt manifeſta hęc verba Ariſtotelis, ⁊ nihil habent qꝫ intellectione deſcriptioneqꝫ opus ſit, nam indicat qꝫ hi duo paralogiſmi alter qui accipit id quod eſt in principio, ⁊ alter qui contrarium vt cauſam po‑ nit qꝫ manifeſti ſint vt queant reduci ad elenchi redar‑ gutioniſqꝫ ignorantiam per diffinitionem redargutio‑ nis, nã qa redargutio, vt ſępe dictuꝫ eſt ſyllogiſmus eſt, ⁊ in ſyllogiſmo, neqꝫ id quod eſt in principio oportet po‑ nere ⁊ poſita oportet eſſe cauſas concluſionis, petens a principio, ⁊ non cauſam vt cauſam accipiens, patet qꝫ non ratiocinatur, ſi ꝟo non ratiocinatur, neqꝫ redar‑ guit. Sunt autem ⁊ hi de numero paralogiſmorum ex‑ tra dictionem, quartus autem eſt qui petit in principio ⁊ accipit, ſextus autem qui eſt ob non cauſam vt cauſaꝫ ponit, ſed illi ob conſequens ſunt pars accidentis, quin‑ tus eſt ſophiſmatum extra dictionem ob conſequens paralogiſmus. Reducit autem hunc ad elenchi igno‑ rantiam ſic ratiocinando, qui ob conſequẽs paralogiſ‑ mi ſunt partes accidentis, qui ob accidente paralogiſ‑ mi reducuntur ad elenchi ignorantiam, igitur patet qꝫ etiam hi ob conſequens ad elenchi ignorantiam redu‑ cuntur. Nam flauum eſt conſequens mel ⁊ madidã ter‑ ram eſſe ſequitur pluuiã delatam, ⁊ aliud accidit meli, ⁊ aliud terrę, ⁊ quod paralogiſmi ſint pars accidentis patet. Equidem ⁊ horum differentia patet, nam diffe‑ runt elenchi ob ꝯſequens ab his ob accidẽs, quia illi qꝫ ob accidens ab vno ſolo accipiantur, ideſt ſemel ⁊ nõ conuertuntur. Nam ab vno ſolo dicit hoc non cõuerte‑ re aſſumptionem, vt in hoc meli ineſt flauum ⁊ flauum color, color qualitas, igitur mel q̃litas, vel hoc ab vno accipere tale eſt, vel aliquid tale ſignificare vt ſophi‑

Si diuidens ęquiuoca ſophiſta interrogat, fiebat ꝙ nunc quidem minus q̄runt ſophiſtę, ſed magis temporibus Platonis, quid autem erat illud quod quęrebāt, inducit reſpondentem, vel ſic, vel non. Naꝫ olim ambigua ⁊ ęquiuoca interrogantes ⁊ ſciſcitātes a Platone inuenerunt ipſum reſpondentem contradictioneꝫ, ſic eſt vt ſic, eſt autem vt non, vnde etiam coegerunt ipſuꝫ reſpondere vnum, aut ita, aut non ſm dialecticos, porro hoc inquit eſſe maxime ſtudio habitum apud ſophiſtas nunc, ſi diuidentes ſophiſtę ſignificata ęquiuocoꝝ interrogans aliquid de vno ipſorum, vt de cane terreno ſi ęſtus facit. Naꝫ prorſus aliquando reſpōdens, vel ita, vel non reſponderet, ſed nunc cū non diuidant neceſſe eſt aliquod ęquiuocum interrogatum quid ęquiuocuꝫ vnis reſpondere, ideſt oportet dicere ꝙ apparet quideꝫ ſed non eſt, vel illud forſitā, vel tale aliquid, nam ſic ꝑſpicuus ſit ꝙ non aſſentit interrogatis quia nō ſunt vera, ſcilicet dicta neceſſe eſt interrogatum reſpondere, vel dicere contradictionem, hanc eſt quidem vt ſic, eſt uero vt non, ⁊ ſic corrigere prauitatē interrogationis.

Si autem aliquis putet eaꝫ, quę eſt ſm ęquiuocationem, redargutionem eſſe quodāmodo non erit reſpondentem effugere, quin redarguatur. Nam in his, quę oculis ſubiecta ſunt, neceſſarium erit nomen, quod affirmauit, negare, ⁊ quod negauit, affirmare. Enim uero (vt diluunt quidam) nihil prodeſt. Naꝫ non coriſcum aiunt eſſe muſicum ⁊ non muſicum, ſed hunc coriſcum muſicuꝫ, ⁊ hūc coriſcum non muſicum.

Cum dixerit pauloante ſophiſtas apparenter redarguere ⁊ nō proprie, nunc dicit ꝙ ſi quis putet ſophiſtas proprie redarguere, ⁊ non eſſe apparentem redargutionem eam quę eſt ſm equiuocationem, ⁊ alia ſophiſmata, accidet omnes redarguere etiam ipſos ſcientes, nam etiam hi ſeducuntur a ſophiſtis per quędam ęquiuoca ⁊ alia huiuſmodi, ⁊ ſi ita ſe habet, ⁊ vera redargutio talis redargutio cenſetur, non euadat aliquādo reſpondens aliquo modo ipſum redarguere. Naꝫ his qui dicunt veram redargutionem eſſe illam apparenteꝫ ⁊ paralogiſmum impoſſibile eſt fugere quin redarguatur, ⁊ non erit hoc non redargui reſpondenteꝫ, cęterū adiecit quodāmodo, quia non proprie eſt hec redargutio, ſed quomodo accidit omnes redarguere inducit. Nam in his quę oculis ſubiecta ſunt, ⁊ videtur neceſſariū erit ſępe ꝙ dixit reſpondens negare, rurſus ⁊ quod negauit iteruꝫ affirmare. Sed primo bene ſe habet deductionē ſophiſmatis exponere, ⁊ ſic ea quę ſunt ſm dictionem, iterum conſiderare, occultantes quideꝫ muſicū coriſcū operculo, vel aliquo alio ſophiſtę interrogabāt, nū ſcis ꝙ coriſcus muſicus eſt, vtiqꝫ, nōne ſcis occultū qui eſt: non, deinde auferentes quod cęlabat, nōne ſcis hunc dicebant qui eſt: vtiqꝫ igitur ſcis hunc etiam ꝙ muſicus eſt, ſed etiam neſcis. Quem eniꝫ ignoras quando occultatus erat quis eſſet, profecto neqꝫ hunc ſi muſicus erat cognoſcebas igitur ſcis hunc ⁊ muſicum ⁊ non muſicū, vel muſicū ⁊ imuſicū, quare qđ negas ab ipſo nomen ħ muſicus, idem affirmas de eodē. Rurſus nuꝫ ſcis occultum qui eſt: non. Deinde reuelātes dicebant nōne ſcis hūc: vtiqꝫ. Naꝫ coriſcus eſt, ſed dicebas ipm eſſe etiam nō coriſcum, nam quem vlr ignoras qui eſt neqꝫ ſi coriſcus eſt cognoſcebas, quare idem nomē affirmas de eodē ⁊ negas, ſophiſma eſt ob accidēs, nā accidit corſco ⁊ ſit occultatus, ſed nō neceſſe eſt vt id qđ ineſt accidēti et inſit rei cui ineſt accidēs, nō eniꝫ ſi ineſt biſſillabuꝫ albo, ⁊ albū accidit Alcibiadi, neceſſe eſt vt biſſillabū inſit Alcibiadi, quādoquidem Alcibiades non ſit biſſillabum, ſic etiam in his. Non enim ſi occultatum ignoro, ⁊ accidit coriſco vt ſit occultatus, neceſſe eſt etiam ignorare coriſcuꝫ, quare dicendum eſt quod ob accidens. Nam

tale

tale eſt hoc merito occultari, vel ob ęquiuocationem oratio vel ob amphibologiam, vel ob aliquid horum tale ſophiſma ſic ſoluebant illi dicentes quod hunc coriſcum noui muſicum apparentem ⁊ hunc noui coriſcum, ſed occultatum ⁊ immuſicum ⁊ non coriſcum. Sententia igitur ⁊ deductio ſophiſmatis talis quędaꝫ erit, ſed ſm verba ſic ſe habet. Cęterum dicit ea ſubiecta oculis quę ſunt actu viſibilia, quę reſpicientes cognoſcimus, ſed occultata ſunt ea quę ignoramus. Naꝫ in his neceſſarium eſt quod aliquis dixit, negari, ⁊ qđ aliquis negauit affirmari. Nam quem dixit muſicum videns hunc diceret occulatum exiſtentem, ⁊ non viſum immuſicum eſſe, ⁊ quem dicit immuſicum qui eſt occulatus hunc muſicum diceret ablato eo ꝙ occultat, quęre in his inquit viſibilibus ꝙ affirmauit nomen neceſſe eſt ab eodem negari, rurſus ꝙ dixit album, neceſſe eſt negare ⁊ dicere non album, oportet igitur vt diximus, ſoluere, vel ꝙ ob accidens, vel ſm aliquid alterum ſophiſma ꝙ quidem, ⁊ ipſe dicet quādo ſolutiones ſophiſmatum exponit, ſed nō velut hi.

¶ Eadem enim erit oratio coriſcuꝫ/ei, quę eſt hunc coriſcum muſicum eſſe, vel non muſicum, quod ideꝫ ſit id, de quo ſimul affirmāt, ⁊ negant. Sed fortaſſe non idem ſignificat, quoniam nec illic nomē, quare in aliquo differt. Si autem huic quidem ſimpliciter dicendo coriſcum aſſignent. Illi autem addant aliquem, aut hunc, abſurdum eſt. Nihil eniꝫ magis ꝙ̄ alterū. Vtrolibet eni nihil differt.

¶ Quod dicit tale eſt, ſcilicet dicere ꝙ coriſcum noui idem eſt huic hunc coriſcum, nam illud nōne noſti coriſcum ꝙ muſicus eſt? Vtiq;, idem eſt huic nōne noſti hunc coriſcum ꝙ muſicus eſt, nam queꝫ nunc dicis muſicum vel coriſcum quando aufereretur id quod occultat hunc dicebas, ⁊ quando occultus erat, ⁊ adhuc aptius de eodem dicebas. Soluebāt quidam ſophiſma dicentes, hunc quidem coriſcum ſcire muſicum, hunc autem immuſicum ferentes interrogationeꝫ ad diuerſas perſonas, ⁊ duo ſubiecta accipientes, quos ſoluere inqt inutiliter dicendo. Eadem enim erit oratio hęc/coriſcū eſſe muſicū vel imuſicum, huic hunc coriſcum, hoc propter hęc dicendo, ꝙ quādo dicimus nōne noſti coriſcū muſicum hunc dicimus vnū numero ⁊ non plures, ſed eum qui velamine eſt occultatus, de quo affirmaẗ ⁊ negatur, euertens deſtruenſq; igitur eos qui male ſoluūt. inquit[Sed fortaſſe non ideꝫ ſignificat]quod virtute tale erit, forſitā non ſic determinandum eſt corrigendūq; ꝙ hic coriſcus muſicus ⁊ hic imuſicus, ſed ꝙ non idem ſignat, ideſt coriſcus non vnuꝫ ſignat. Nō eniꝫ eſt vnius indicatiuum hoc nomē coriſcus, quēadmodum neq; o Socrates ⁊ albus Socrates. Nam ⁊ ſi ſubiecto vnuꝫ eſt coriſcus ⁊ occultatus coriſcus, vt etiam Socrates ⁊ albus Socrates, tñ ratione non eſt vnuꝫ, quare dicēdum eſt ꝙ redarguendū eſt, ⁊ eſt ſophiſma ob accidēs. Deide qm̄ dixit, ſiquis aūt putet eaꝫ quę eſt ſm ęquiuocationeꝫ, ⁊ iſte poſuit exempluꝫ ipſius ſophiſmatis ob accidens, infert. Nō enim illic nomen, dicens illic idipſuꝫ ſm ęquiuocationem. Nam in hoc non idem ſignat nomen, q̄re differt nō nihil interrogare ſimpliciter de coriſco, ⁊ de occultato, illud Xo[Si autem huic quidem ſimpliciter dicendo coriſcum aſſignēt]refertur ad male ſoluentes

eſt euerſiuum eorum. Nam dicit concluſionem debere eſſe ꝑpriā ꝑpōnibus, quomodo igitur nos non interrogantes, nōne noſti hunc vel hunc coriſcum in concluſione hoc inducitur, nam ſi in hoc videlicet in propoſitionib⁹, vt illi dicunt ſimpliciter oportet dicere ꝙ coriſcus muſicus ⁊ in concluſione addet illud[hic]abſurduꝫ eſt. illud Xo[Nihil enim magis ꝙ̄ alterum]tale eſt ꝙ ęqualiter oportebat in propoſitionibus, ⁊ in concluſione poni hunc, vel enim ⁊ in propoſitionibus addatur hic, vel ſi non in illis, neq; in concluſione.

¶ Non ſic igitur, ſed quia incertus quidem eſt, qui non determinauit ambiguitatē, vtrū redargutus eſt, aut non redargutus, datuꝫ ꝑfecto eſt in orationibus diuidere. Quare manifeſtum, quoniam non determinando dare interrogationem, ſed ſimpliciter, peccatū eſt, quoniam ⁊ ſi non ipſe, tamen oratio redargutę ſimilis eſt. Accidit tamen ſępe videntes amphiboliam torpeſcere diuidere, ⁊ ꝓpter frequentiam eorum, qui hęc proponūt, ⁊ ne ad omne videantur moleſti eſſe. Deinde non putantibus propter id fieri orationē, ſępe profecto occurrit inopinabile. Quapp, quia datum eſt diuidere, non eſt cunctandū, quemadmodum dictum eſt prius.

¶ Nunc docet ꝙ opꝫ reſpōdētem cū fuerit interrogatuꝫ aliqđ ęquiuocū ipſius efficere diuiſionē, ⁊ interrogare de quo ſignificato ꝓ dedit interrogās, naꝫ ſi non ſic faciet, incertus eſt ſi redargutus ſit vel ne, igitur quia incertus eſt, an redarguitur non faciens diuiſioneꝫ ęquiuoci vel ambigue orationis, datum eſt reſpondēti diuidere, niſi is reſpondēs ꝙ dico determinet interrogatū, videlicet niſi diuidat ſed ſimpliciter accipiat, peccat ⁊ ipſe eſt cauſa ſibimet vt videatur redargui. Hinc accidit ꝙ ſi non ipſe redargutus eſt oratio eius redarguta ſit, tamē ceu ſi interrogaret aliquis nōne canis efficit ęſtus, deide reſpondens diceret vtiq;, reſpiciens ad aſtrum non diuideret canis ſignificata, ipſe quidem videtur non redargui tāquā det aſtrum efficere ęſtus, verum diſputatio ⁊ reſponſio eius non idem effugeret, quandoquidem nō ſit diuidens. Accidit autem (inquit) ſępe videlicet interrogatum ⁊ ſcientem ꝙ ęquiuoca vel ambigua eſt oratio interrogata non facere diuiſionem interrogati; cuꝫ torpeat ad faciendum hoc ⁊ euitet, ne videatur difficilis eſſe, atq; moleſtus cum continue facit diuiſionē. Nā quia ſophiſte interrogant ſm continuationem ęquiuoce ⁊ ambigua interrogata cauet reſpondens ne videaẗ moleſtus ſi cuncta niteretur diuidere, deinde cum putēt reſpondentes hinc nil abſurdi accidere ſi abſq; diuiſione dederint interrogatum, occurret aliquid ſępe inopinabile, quare ſeruandum eſt reſpondenti talem efficere reſponſionem, ⁊ quia commiſſuꝫ eſt ei diuidere interrogata non torpendum cūctādūq; eſt qn̄ ħ efficiat.

¶ Si autem duas interrogationes non vnaꝫ interrogationē fecerit quiſpiaꝫ, neq; vtiq; ꝓpter ęquiuocationem, vel amphiboliā fieret paralogiſmus, ſꝫ vel elenchus, vel nō. Quid enim differt interrogare ſi Callias ⁊ Themiſ

ſtocles muſici ſint, q̄ ſi ambobus vnū nomē eſſet exiſtentibus diuerſis. Naʒ ſi plura ſigni ficat q̄ vnum, plura interrogauit.

¶ Nunc docet generationem ęquocationis ⁊ ambiguitatis, ⁊ inquit. ꝙ hę fiunt ab his quibus plura ſūt vnuʒ. Vt enim in illo quo plura ſunt interrogata vnuʒ habet prędicatum, ſic ⁊ ſi/⁊ ſi vnum eſt nomen, tamen pluriuʒ eſt ſignificatiuū, porro ſi non eſſet paralogiſmus faciēs plures interrogationes vnam non eſſet idem ob ęquocationem ⁊ ambiguitatē, ꝙ ſi non eſſet ambiguitas vel ęquiuocatio, vel vera redargutio fieret, vel prorſus nō fieret, vt ſi non eſſet nomen canis ſignificatiuuʒ pluriū, ſed vnum aliquid ſignificaret velut aſtrum ſolum, ſi interrogaret aliquis num canis latret, ⁊ interrogatus negaret minime proprie rep̄henderetur. Nam quia canis ſolum aſtrum ſigñat, ſi interrogaret aliquis num latret vt dicet quod non, neq̨ prorſus redargutus eſt, ſi auteʒ affirmauit, profecto redargutus eſt, ſed quomodo interrogans aliquod ęquiuocum oſtendit plures interrogationes interrogare. Naʒ quomodo differt dicere, num Callias ⁊ Themiſtocles muſici ſunt ab hoc num canis latrat, equidem in ambobus plures ſunt res. Naʒ omne interrogatum ſi non fuerit ſimplex, ſed ęquiuocū ⁊ plura ſignificabit q̄ vnum in ipſa interrogatione aſſumptum, plura interrogat.

¶ Si igitur non rectum eſt ad duas interrogationes vnam reſponſionem cenſere ſumere ſimpliciter, manifeſtum, quoniam nulli corum, quę ęquiuoca ſunt, conuenit reſpondere ſimpliciter. Nec ſi de omnibus quideʒ verum ſit, veluti cenſent quidam. Nihil eni differt hoc, q̄ ſi interrogaſſet Coriſcus/⁊ Callias vtrum domi ſint, an non ſint domi: Siue enim abſint ambo, ſiue non abſint, vtroq̨ modo plures ſunt propoſitiones. Nō enim ſi verum eſt dicere, interrogatio ꝑpter id vna eſt. Poſſibile enim eſt ad decies millenas interrogatas q̄ſtiones, omnes ſic, vel non, verū eſſe dicere. Attamen non eſt reſpondendum vna r̄ſiōne. Interimit̄ enim diſputatio.

¶ Quia non eſt conueniens dialectice hoc ad duas interrogationes vnam reſponſioneʒ facere, neq̨ ęquiuocorum deinceps erit vna reſponſio, nam vt diximus interrogans ęquiuocum plura interrogat, ſed neq̨ ſi de omnibus rebus quę ſunt ſub ipſo nomine ęquoco ſignificatis eſt verum prędicatum, vt ſi aliquis interrogabit, num Aiax ſit animal bipes, hoc quidem verum eſt etiā de ambobus Aiacibus, verum non eſt faciūda vna reſponſio, nec ob propōnis orationem dicentem vna interrogatione vna ſit reſponſio, ſic autem duplices cum ſint interrogationes non ſimpliciter recipiunt reſpōſionem, ne ſimul vnam cōponentes reſponſioneʒ dari de aliquibus veris interrogatis pluribus, ⁊ in alijs non talibus idem patiamur. Naʒ nihil (inquit) differt aliquod ęquiuocum interrogare ⁊ adducere taleʒ interrogationem, vtrum Coriſcus ⁊ Callias domi vel ne ſint, Nam ⁊ ſi verum fuerit eos eſſe domi, ſiue non vtroq̨ mō plures interrogationes ſunt, non enim ſi verum erit dicere eos domi eſſe vna eſt interrogatio.

Relinqt plura verba cō textus vide.

¶ Id autem ſimile ac ſi ideʒ nomen imponat̄ diuerſis. Si igitur non oportet ad duas interrogationes vnam reſponſionem dare, manifeſtū, quoniā nec in ęquiuoco ſic, vel nō dicēdum. Nec eniʒ qui dixit, reſpondet, taʒ ⁊ ſi dixit. Id v̄o ideo admittunt quodāmodo in diſputabilibus, quoniam latet ipſum accidēs. Qm̄ igitur (vt diximus) redargutiones quędam videntur eſſe, quę non ſunt, eodē quoq̨ modo ⁊ ſolutiones quędam videntur eſſe, q̄ non ſunt, quas dicimus quādoq̨ operęp̄ciū magis afferre q̄ veras in contētioſis orationibus, ⁊ in ea (quę ad duplex eſt) occurſiōe. Itaq̨ reſpondenduʒ in his quę vident̄, eſto dicendo. Nam ⁊ ſic minime fiet redargutio. Si v̄o aliquid, quod inopinabile ſit/cogatur dicere, hic maxime addendum videri. Sic enim neq̨ redargutio, neq̨ inopinabile videbitur fieri.

¶ Hoc inqt. ꝙ interrogāti plures interrogationes vnā dare reſponſionem idē eſt huic interrogāti aliquod ęquiuocuʒ, nam huius eſt indicatiuum illud [idem nomen imponatur diuerſis]. Nam differentibus rebus idem ⁊ vnum imponitur nomen, igitur facere ad plura interrogata vnam reſponſionem idem eſt huic interroganti aliquid ęquiuocum reſponſionem vnaʒ dare. Vt igitur non dialectici eſt facere ad plures interrogationes vnam reſponſionem, ſic etiam idem facere ad aliquod ęquiuocum, ſed cum dixerit non oportere in ęquiuocis illud (vtiq̨) vel non, dicere cauſam non reſpondendi, ſic reſpondentē, ⁊ illud vtiq̨ vel non dicentem ponit. Eſt autem dictum tale, quia multipliciter dicit̄ res, ⁊ impoſſibile eſt omnia quorum eſt nomen ſignificatiuum per ipſum vtiq̨ vel non, ſignificari, perſpicuum etiam eſt ꝙ non reſpondetur. Nam ſi de alio interrogans interrogauit, ⁊ reſpondēs de alio affirmabit, vel negabit nihil reſpondere. Neq̨ enim qui dicit vnaʒ reſponſionem in ęquiuocis faceret propriam reſponſionem, ſed dixit quidem aliquid ⁊ videbatur plurib⁹ ob ipſum dicere (vtiq̨) vel non, ſed reſponſionem non dedit. Nā r̄ſio eſt qñ aliqs interrogaret ħ ipſe daret vel negaret, quod ſi aliud interrogās iterrogaret ⁊ aliud reſpondens affirmaret vel negaret, certe aliquid dixit, ⁊ ſic vt ſi ipſe ꝑeligendo dixit, ſed reſponſionem non dedit. Ceterum illud, admittunt quodāmodo in diſputantibus ęquale eſt huic, ſed ⁊ ſi non ſm̄ verum reſpōdent in ęquiuocis ipſuʒ vtiq̨, vel hoc non dicentes, tamē putant. i. cenſent ⁊ ſuſpicantur ꝙ fecerint reſponſionē. Exiſtimant autem (inquit) reſpondere, quia latent ea q̄ accidunt auditoribus. videlicet vnius interrogatiōis vnā r̄ſionē eſſe, ⁊ pluriū plures vel maxie, q̄a latet ipſos ꝙ in ęquiuocis non eſt reſponſio, nam hoc dixit accidens, nam accidit in ęquiuocis exiſtimatam reſponſionem nō eſſe reſpōſionē, qđ q̄dē in 8° Topicoꝝ dixit, idē etiā hic dicit, ꝙ ſępe dande ſunt reſponſiones falſe magis q̄ vere, ſiquidem promptius has interrogans admitteret. Nam quia inquit vt redargutiones quędam non ſunt vere, ſed videntur eſſe, eodeʒ quoq̨ modo, ⁊ quędam

dam

dam ſolutiones ſunt quę non ſunt vere, ſed videntur quibuſdam vere quas nobis prius aſſerendum eſt magis aliquando q̄ veras. Nam prorſus ad oppugnantem vt ſe habet enunciatum per omnia oportet contra ordinare, ſed neqꝫ ſimpliciter inquit reſpondendum eſt, ſed ꝙ quidem ⁊ ipſe ſepe dixit, ꝙ illud forte ⁊ eſto ⁊ videt̃, eſt dicendum. Nam nullo pacto ⁊ his dictis poterit fieri ſophiſtica redargutio, naꝫ hanc appellat vltra redargutionem, quia eſt extra ꝓprie ⁊ vere redargutionē.

¶ Quia ꝟo, quo pacto petitur qđ eſt in principio. Manifeſtum eſt, ſi ſint propinqua interimendum, neqꝫ aliqua eſſe, eſt concedendum, perinde ac ſi quod in principio eſt petat. Et quando aliquid tale poſtulauerit quiſpiam, quod neceſſarium quidem eſt accidere ex poſitione. ſit autem falſum, vel inopinabile idem dicendum, nam quę ex neceſſitate accidunt, eiuſdē videntur eſſe poſitionis.

¶ Quia inquit perſpicuum eſt aliquid petere in principio, tunc autem putamus in principio petere ⁊ accipere interrogantes quando fuerit prompta interrogatio, ⁊ idem interrogatum ipſi problemati, dicit ꝙ in his ſtatim quaſdā interrogationes deſtruendas eſſe, neqꝫ prorſus ꝯcedendas dicente reſpondente, ꝙ interrogans petit in principio. Nam prope ſunt ⁊ eadeꝫ interrogata ꝓpoſito problemati, vt ſi propoſitū eſt concludi voluptatem bonum interrogare, num gaudium bonuꝫ, nō dandum eſt, ſed dicenduꝫ ꝙ in principio petit. Inſuper quādo aliquis poſtularet aliquam concluſionem falſam ⁊ inopinabilem quę ex neceſſitate ex falſis propoſitionibus concluderetur. Nam falſum ſemper ex falſis, hoc etiam in propoſitionibus dicendum ꝙ falſe vel inopinabiles propoſitiones concludant talem concluſionē. Nā concluſiones quas ipſe dixit accidentia eiuſdē ſunt poſitionis, nunc autem poſitiones dicit propoſitiones, nam quales ſunt propoſitiones, tales etiam ſunt cōcluſiones, quare ſiquidem inopinabilis concluſio erit, dicēdum ꝙ etiam propoſitiones ſunt inopinabiles.

¶ Inſuper quando vniuerſale nō nomine, ſꝫ ſimilitudine ſumitur, dicendum quoniā non ſic datum eſt, neqꝫ (vt propoſuit) ſumit, nam ⁊ propter id ſit ſępe redargutio. Cum auteꝫ prohibetur his, ad id, quod non bene oſtenſum eſt, redeundum, obſiſtendumqꝫ ſm dictam determinationem.

¶ Sicut in 8° Topicorum dixit accipi in comparatione ſimilitudineqꝫ quod volumus accipere, quando ꝙ volumus accipere ſic interrogamus vt non idem volētes, ſed ꝓpter idē aliud volentes accipere, vt volētes tēperantiā accipere ꝙ eſt virtus nō diceremus nūqd temperantia eſt virtus, ſed nūquid quēadmodum tēperantia eſt virtus, ſic etiam fortitudo ⁊ iuſtitia, ſi ergo ⁊ hic h dicit comparationē ⁊ ſimilitudinem erit dicens hoc ꝙ qñ vle non noie .i. non ipm per ſe aſſumptuꝫ fuerit, neqꝫ vt ꝓpter ſe. Naꝫ noie aliquid accipitur quādo nomē ipſuꝫ per ſe ſumptuꝫ fuerit vt ꝯtriorum vna eſt ſciētia, vel temperantia virtus, ſimilitudo autē cōparatioqꝫ eſt quando dico ⁊ nō propter ſe, ſed alterius gratia, quādo igit̃ vle ſumptuꝫ fuerit in cōparatione dicēdum ꝙ nō ita dedit, neqꝫ vt dedit accepit. Nō eniꝫ dedit temperātiam virtutem ſed fortitudinem, qđ ſi non ſic ſumptum eſt illud ſimilitudine ſerit dicens, quādo vle non noie ſumptū fuerit, ſed ſimilitudine ⁊ oratione dicēdum hoc ⁊ hoc, non nomine auteꝫ ſed oīone aſſumetur vle ſic, num ceruus cum ſit quadrupes habeat vngues ſciſſos, vtiqꝫ. Itē nonne capra: vtiqꝫ. Item bos: vtiqꝫ. Item nōne ouis: vtiqꝫ, ⁊ omne igitur ꝙ erit tale eſt vnguibꝰ ſciſſis, ſed equus cuꝫ non ſit vnguibus ſciſſis, nō igitur omne eſt vnguibꝰ ſciſſis, hic tamē omne ꝙ erat tale vnguibus ſciſſis eſt ſumptum oratione, nam oratio eſt illud omne ꝙ erat tale ⁊ nō nomen. Si auteꝫ dixit omne igit̃ quadrupes nomine vli accepit. Naꝫ quadrupes eſt nomē, de hoc aūt dicendum, ꝙ omne igit̃ tale nō de quadrupede dedit, ſed de eo qđ cornua fert. Nam omne corniferuꝫ eſt vnguibus ſciſſis, ſed prohibitum per hęc oportet ꝯuerti ad redarguēduꝫ ipm, quia non oſtēdit, neqꝫ ſyllogiſmo cōcluſit ſm dictam determinationeꝫ dicēs determinationem ęquocationem, amphibologiā, diuiſionem, cōpoſitionem, ⁊ reliquos modos ꝓpter quot ſit apparens redargutio. Demōſtrabimus igitur ipm nō demonſtrantem, neqꝫ ratiocinantem, vel redarguentem indicantes modum paralogiſmi.

¶ In his igitur quę proprie dicuntur nominibus, neceſſe eſt reſpondere, vel ſimpliciter, vel diuidendo. Quę autem ſubintelligentes proponimus, vt quęcunqꝫ non plane, ſed tricatim interrogantur, propter id accidit redargutio. Vt putas ne quicquid eſt Athenienſium, eſt poſſeſſio Athenienſium? ſic. Similiter autem ⁊ in alijs? At qui homo eſt animalium? ſic. Poſſeſſio igitur animaliuꝫ homo. Nam hominem animaliū eſſe dicimus. quia animal eſt, veluti Lyſandrum Lacedemoniorum, quia Lacedemonius eſt. Manifeſtum igitur, qm̄ in quibus obſcuruꝫ eſt, qđ proponitur, non ſimplr̄ eſt ꝯcedendū.

¶ In noibus (inqt) ꝓprie dictis ⁊ ꝑ ſe ꝑfectis, nā illa ꝓpe noia dicit quę ſunt ꝓpria rebus ſubiectis, vt hō, equus, neceſſe eſt rñdere ita vel non, vel ſimplr̄, ⁊ ſine diuiſione ſi nō fuerit equoꝶ, vel ſi nō fuerit cū diuiſiōe, ſꝫ in interrogatis tricatiꝫ nō opꝫ ſimplr̄ vel ita, vel nō rñdere. Nam accidit de h redargutio, ſubintellecta aūt ſunt ea q̄ reducunt̃ ad memoriā īterrogātibꝰ ꝑus, vt qcqd eſt Athenienſiū eſt nōne poſſeſſio Athenieſiū, vtiqꝫ. Item nōne hō aialiū: vtiqꝫ. igit̃ hō eſt poſſeſſio aialiū, nā cogit hic ſubintelligere poſſeſſiōeꝫ. Vt eni ꝙ erat Athenieſiū poſſeſſio, ſic ēt ⁊ ꝙ erat aialiū poſſeſſio erit aialiū. Eſt aūt vliū hō igit̃ poſſeſſio aialiū, hic porro īterrogato ꝓblemate tricatim accidere paralogiſmus, nā oportebat dicere, igit̃ ꝙ erat Athenieſiū poſſeſſio, poſſeſſio eſt Athenieſium, ⁊ ꝙ Laconū poſſeſſio eorūdem eſt poſſeſſio.

¶ Quando ꝟo duobus exiſtentibus, cuꝫ hoc quidem eſt, alterum ex neceſſitate eſſe videtur, cum ꝟo alterum eſt, hoc non ex neceſſitate, interrogato vtroqꝫ, oportet quod minus eſt, dare. Nam difficilius eſt ſyllogizare ex pluribus.

Hoc manifeſtum erit ſi ad memoriā reuocarimus ea quę dixit in redargutione tacta ob conſequens. Dixit autem ꝙ ſequitur factum principium habere, ⁊ exiſtente facto ex neceſſitate eſt vt habeat principium. Nam ſi factum fuit etiam principium habuit, non tamen ſi principium habet, ⁊ factum ſuit, nam multipliciter dicitur principium in his, oportet inquit interrogatū particularius, nam hoc dixit minus dare ⁊ concedere, nam verū eſt, ⁊ alterum non dare. Nam hoc oportet ſubintelligere, minus autem ⁊ particularius eſt factum ꝙ̄ habere principium, vt etiam homo ꝙ̄ animal, nam homine exiſtēte ex neceſſitate ⁊ animal, ⁊ animali exiſtente nō ex neceſſitate eſt homo, hoc proinde cum ſit vniuerſale non eſt concedendum. Hoc enim indicat interrogatū, verū oportet minus dare. videlicet formata interrogatione ſm ipſum, vtruꝫ oportet dare particulare. Similiter autem ⁊ in terminis ⁊ ſyllogiſmis minora ⁊ particularia concedenda ſunt ſemper. Naꝫ difficilius eſt ex pluribꝰ. videlicet particularibus ratiocinari, nam ſine vniuerſali (vt diximus) ſyllogiſmus non fit. Dixit autem particularius plura vel quia conſueta magis ſunt, ⁊ plurium ſunt. Naꝫ homo ex pluribus magis eſt ꝙ̄ animal, quādoquidem habeat etiam ea quę ſunt animalis vt ſubſtantiam, animatum, ſenſitiuum, inſuper habet rationale ⁊ ſcientię capax, quę quideꝫ animal non habet, vel dixit idem plura, quia vlr quodāmodo vnū eſt, ſed particularia plura, ſed expoſitio prior eſt melior.

Si autem argumentetur, quoniā huic qdē eſt contrarium, illi autem non eſt, ſi oratio vera ſit, contrarium eſſe eſt dicenduꝫ. At nomē alterius poſitum non eſſe.

Dictum eſt in topicis ꝙ ſi generi eſt contrarium, ⁊ ſpeciei generis neceſſe eſt ſpeciem eſſe contrariam, nā virtus cum ſit genus, ⁊ contraria ſit ei malitia, etiaꝫ ſpeciei virtutis .ſ. fortitudini eſt contraria timiditas. Hoc ſic ſe habente ſi quis vere demonſtrauit armoniam non eſſe genus animę, quia contraria armonię eſt ipſa inarmonia inconſonantiaq;, ⁊ animę nil eſt contrarium cū ipſa ſit ſubſtantia, dicendum inquit ꝙ eſt etiam animę ↄ̄riū, ſed ipſi nō ponitur nomē, eſt autem ſine nomine.

Quoniam autem nōnulla eoruꝫ, quę dicūtur, plures eum qui non concedit, falſum dicere aiunt. Aliqua vo non. vt quęcunq; ambigunt, (vtrum enim corruptibilis, vel immortalis ſit anima animalium: non exploratū eſt multis) in quibus igitur incertuꝫ eſt, quod ꝓponitur vtrum vt ſententię. Vocant eniꝫ ſententias, ⁊ veras opiniones, ⁊ totas negationes, vt diameter incōmenſurabilis eſt.

Quia inquit non concedentem aliqua eorūꝫ quę plures dicunt mentiri dicunt, quędam autem non conceduntur, vt quęcunq; ſunt ambigua non aſſerunt mentiri eum qui non concedit talia, vt etiam illud de anima animalium habet, in his igitur ambiguis opinionis, nō oportet ſimpliciter reſpondere. Naꝫ hoc deficit, ſed cōſiderandum eſt quomodo vult interrogans ne ipſe cōcedas illud, vt ſi eſt problema, an anima mortalis vel immortalis, quia igitur hoc eſt ambigue opinionis cōſiderato ꝙ vult interrogans ⁊ ipſe de alterum, nā nullus accuſat increpatq; vt vult dicentem ambigua opinione, ſed in contextu verborum ibi. [In quibus igitur incertuꝫ eſt] vtroq; modo conſueuit dici (vt diximus) deeſt hoc in his oportet non concedere, ſed abſolutus eſt contextus ſic, in quibus igitur incertum vtro modo conſueuit dici, non oportet concedere ita, vel non ſed ſimpliciter dicit ꝙ incertum eſt propoſitum, dicit autem dici ſententias ⁊ veras opiniones quales ſunt viſe omnibus, vel pluribus, vel ſapientibus, ⁊ his, vel omnibus, vel plurimis, vel maxime notis, de quibus in primo Topicorum dictum eſt ⁊ dicens totas negationes totam vniuerſalem negationem. ideſt vniuerſaleꝫ, ceu illam nullus.

Inſuper de quo verum dubitatur, transferens quiſpiam nomina, maxime latebit in illis. Nam quia incertum eſt vtro modo ſe habeat, verum, non videbitur ſophiſtice agere. Propterea autem quia eſt dubium non videbitur falſum dicere. nā tranſlatio faciet orationem ſine redargutione videri. Pręterea quaſcūq; interrogationes ꝓſenſerit aliquis, ꝓinſtandum eſt, ⁊ prędicendum. Nā ſic maxime interrogantem prohibebit.

De quibus inquit, non eſt verum conceſſum, ſed ambigue opinionis, maxime aliquis transferens, ⁊ transumens nomina ad vtilitatem ſuam lateret. Nam ſi verum quidem eſt hoc animam ex ſeipſa moueri, ⁊ ſeipſa mobilem eſſe, ⁊ opinio eſt ambigua, ⁊ equaliter apparet, ſcilicet moueri ex ſeipſa ⁊ non ex ſeipſa moueri. Nihil enim prohibet non de quo aliquis habet opinionem certam equaliter putare, ⁊ ꝙ ſic ⁊ non ſic, ſi transfert nomen motus reſpondens ad immobilitatē ⁊ inquit. ꝙ anima eſt immortalis, ſed non vt tu interrogabas mota, non videbitur ſophiſtice dicere, nec ſophiſtice reſpondere. Demonſtraretur autem anima per hęc ſeipſa mobilis ꝙ ſit immortalis, ⁊ mortalis per contrarium. Nam ſi non mouetur, neq; ſeparatur a corpore, ⁊ ſi non ſeparatur eſt mortalis, vel diceret per ipſam tranſlationem tranſlationibus vti. Nam ſi quis poneret animam mortalem ⁊ vteretur aliquꝰ trāſlatione, ⁊ diceret ſi anima conſonantia eſt cum ſit vita, vt Plato in Phędone fecit non fieret aliquando incōſonantia. videlicet mortalis. Naꝫ ſi anima cum ſit vita eſt conſonantia, omnino mors eſt inconſonantia, ſi autem non fieret conſonantia inconſonantia, prorſus neq; mortalis, igitur immortalis eſt anima. ſed melior eſt prima expoſitio ob ea quę ſtatim inferuntur, nam dicit. [Pręterea quaſcunq; interrogationes aliquis pręſenſerit,] pręinſtandum eſt. Hęc omnia reſpondenti iubet quomodo certe reſponſiones facienti non erit ipſi impedimentum ⁊ deceptio. Dicit igitur ⁊ hęc quę pendent ex ſuperiore intelligentia. Item talis eſt dictorūꝫ mens quando aliquem interrogantem nouit reſpondens, ⁊ ipſa ſane interrogata ambigua opinionis eſſe pręducet ⁊ dicat non ſic ſe habere, vt interrogans poſuit, ſed contrario modo. Nam ſic faciens ⁊ non ſolum prohibens obturanſq; os, quia dicit non ita ſe habet vt tu dicis, ſed magis contrarium prohiberet interrogantem ei ꝙ vult concludere.

Quoniā autem recta ſolutio eſt manifeſtatio falſi ſyllogiſmi, ob quācūq; interrogationem

nem accidat falſum.(Falſus autē ſyll's dicitur dupliciter, nam aut ſi ſyllogizatum eſt falſum, aut ſi cū non eſt ſyllogiſmus, videt̄ eſſe ſyllogiſmus)erit ⁊ quę nūc dicta eſt ſolutio ⁊ apparentis ſyllogiſmi, ob quā videtur eſſe interrogationum correctio. Quare contingit orationes ſyllogizantes quidem interimere. Apparentes autem diuidentem ſoluere.

¶ Rediturus Ariſt. ad aſſignādū nobis viā ⁊ methodū quā poterimus diſſoluere ſophiſmata ſiue ſm̄ ęquiuocationē ſint ſiue ſ᷑ ambiguitatē, vel quodā alio modo decem numeratorū ⁊ triū reducit ſermonē ad vſus ⁊ inq̄t, q2 omnis ſyll's ſophiſticus vel circa māeriā eſt habēs ꝓpoſitiones falſas, vel circa figurā, ⁊ ſm̄ hoc velut aſſyllogiſticus, exiſtenti igit̄ ſm̄ figurā validō ⁊ hn̄te ꝓpōnes falſas opꝫ deſtruere vnā poſitarū ꝓpoſitionū ꝓpter quā falſa eſt, vel ſi contingeret ⁊ ambas deſtruere, tn̄ magis maiorem, vt ſepe diximus, ⁊ ſic diſſoluere ipſum paralogiſmū, ſed illius habētis figurā peccantē redarguēda eſt aſſyllogiſtica cōbinatio ſtatim ⁊ ſic ipſum deſtruere, aliquo modo igit̄ dictorū intentio talis eſt. Sed eſt verba percurrere curſim ſic. Quoniā recta eſt manifeſtatio ⁊ aſſignatio ſyllogiſmi ſophiſtici ſimpl'r eadē eſt ea q̄ oſtēdit ob qualē ꝓpoſitionē vel maiorē vel minorē accidit falſum. Sed falſus ſyll's eſt duplex: alter hn̄s figuram validā ⁊ ſanam vt hic qui dicit lapis ineſt oī animali, ⁊ aīal omni homini, ⁊ rōcinans ex hac oīs, ⁊ oīs aliquam concluſionē falſam inducit. ſ. omnē hominē eſſe lapidem, alter aūt ob figuram peccans eſt accipiens veras ꝓpōnes vt ille ex duabus affirmatiuis in ſcd̄a figura cōcludens hominem equū eſſe qui etiā cum non ſit ſyll's, videt̄ tn̄ vulgaribus eſſe, erit ēt huius ſyll'i ſic facti ſolutio nūc dicta. Dicit aūt nunc dictā ſolutionē ea quę proxime dicta eſt q̄ non eſt aliquid cōcluſum ſyll'o, ſed aſſyllogiſtica eſt, q2 ęquiuoca vel ambigua ſunt interrogata, vel aliquid tale, vel ꝙ ex duabus particularibus vel ex duabus negatiuis ſyll's ſit, vel aliquid tale, ⁊ correctio nō aſſumpte ꝓpoſitionis bene per quā falſum cōcludit̄, quare eſt ſoluere tales ſyll'os deſtruēdo ea quę in ſyll'o accipiūtur, ⁊ diuidēdo apparentia. Sed illud [Apparētes aūt diuidēte ſoluere] Equale eſt huic reſoluēti in ꝓpōnes videndo q̄ło aſſumpte fuerunt, ⁊ vtrū ęquiuoca ſint interrogata vel aliquo alio modo ex quibus paralogiſmi fiūt. Et ſyllogiſmū facientes dicit oſtendentes modū paralogiſmi ⁊ diuidentes aſſyllogiſticos ⁊ oſtendētes ꝙ duę affirmatiuę ſunt in ſecūda figura, vel aliquid tale.

¶ Rurſum quoniā ſyllogizantiū orationum, hę quidē veram, illę autē falſam habēt concluſionē: eas quidē, quę ſm̄ concluſionē ſunt falſę, duobus modis contingit ſoluere. Tum q2 interimitur aliq̄d eorū, quę interrogata ſunt. Tum etiā, quia oſtenditur cōcluſio non ſic ſe habere. Eas autē, quę ſm̄ propoſitiones, q̄m̄ interimitur quiddā ſolum, nam cōcluſio vera eſt. Quare volētib⁹ ſoluere orationē, primū quidē inſpiciendū, ſi ſyllogizat, aut non ſyllogizat. Deinde vtrū vera ſit cōcluſio, aut nō vera. quatenus vel diuidentes, vel interimentes ſoluamus. Et iterū interimētes, hoc vel illo modo, quemadmodum dictum eſt prius.

¶ Per hęc igitur hactenus dicta de paralogiſmo peccante ſm̄ figurā ⁊ de falſo ſm̄ modū diſſeruit, nunc autē de ſolo valido ſeruante figurā, ſed a certitudine decidente ſermonē facit, ⁊ inquit ꝙ cū taliū ſyllogiſmorū alij verā habeant cōcluſionē verā, vt dicentes homo lapis, lapis aīal, igitur homo aīal, ⁊ alij habeant cōcluſionē falſam, hos qui habēt cōcluſionē falſam inquit dupl'r ſoluēdos eſſe. Etenim q̄n cōcluſio falſa fuerit ex neceſſitate ⁊ ꝓpoſitiones falſę ſunt, deſtruet̄ igitur in his ſyll'is ⁊ cōcluſio ⁊ ꝓpōnes cōcludentes talē ꝯcluſionē, ſed eos qui ſolū hn̄t ꝓpōnes falſas vno modo eſt ſoluere. Nam q2 ēt ex falſis cōcluditur verū cōcludit̄ in talibus ꝓpōnes deſtruent̄, ſed minime cōcluſio. Nam cōcluſio eſt vera, quare volētibus ſoluere talē ſyllogiſmū ſophiſticū profecto primū conſiderandū eſt ꝙ ſm̄ figuram peccatū ſit, vel ſm̄ materiā, ⁊ ſi ſm̄ materiā forte fuerit cauſa, quęrendū vtrū habeat falſum in ꝓpoſitionib⁹, vel in cōcluſione, ſi ergo in cōcluſione ⁊ in ꝓpoſitionibus ex neceſſitate, ſed non ecōtra. Querendū aūt ſunt hęc q̄ło, ꝙ ſi erit ſm̄ figurā peccans paralogiſmus diuidētes ipſummet ſoluem⁹, ſi aūt ob māꝫ deſtructionē falſę ꝓpōnes faciētes ſoluem⁹. Nam illud [quatenus diuidētes vel interimentes ſoluemus] dixit diuidētes pro reſoluentes in ꝓpōnes, vt ēt hoc deſtruentes hoc vel illo modo pro hoc vel ſolā cōcluſionem, vel concluſionem ⁊ propoſitiones.

¶ Differt autem plurimū ⁊ interrogatā ⁊ nō, ſoluere orationē. Nam pręuidere quidē, difficile eſt. Per ocium autē videre, facile.

¶ Propoſitū hoc ęquale eſt huic plurimū differt videre peccatū orationis. Nam hoc eſt ſolutio inuentio peccati orationis, quādoquidē ſm̄ ocium ⁊ ſeipſos accipientes cōſideramus q̄ło ſit factus ſyllogiſmus, ⁊ q̄ło ꝓpoſitiones aſſumpte fuerūt, ⁊ q̄n interrogātur. Nam laborioſū eſt hoc, ⁊ longo habitu reuera eſt opus, ſimul ꝙ accidit interrogationi ex oratione poſſe contueri.

¶ Earum igitur, quę ꝓpter ęquiuocationē, ⁊ amphiboliam redargutionū, ſunt. Alię quidē habēt aliquā interrogationē plura ſignificantem, alię aūt concluſionē multipliciter dictā, vt in ea quidē, quę eſt ſilentem dicere, concluſio eſt duplex. In ea vo, quę eſt non conſcire ſcientē, tot in hoc, ſciens dicere, vel agere, ⁊ illud cōſcit, quod dicit, vel agit. Hic autē ſcit dicere iambica. Hic igit̄ conſcit ⁊ iambica, vna interrogationum amphibola eſt.

¶ Quatuor ſunt modi ex quibus duas ſpēs conſuetū eſt cōſtitui. vꝫ illa ſm̄ ęquiuocationē, ⁊ illa ſm̄ ambiguitatē. Primus q̄dē q̄n oratio vel nomē plura ſignificat q̄n ēt cōis eſt ęqualiter redargutioni factę ab ęquiuocatione, ⁊ ab ambiguitate. Secūdus q̄n fuerimus ꝯſueti ſic dicere. Eſt aūt ⁊ hęc cōis. Tertius aūt q̄n conſuetum plura ſignificat, ſed ſeparatū ſimplex eſt, vt hoc ſcit literas. Nā neq3 illud ſcit plura ſignificat, neq3 illud lr̄as, ſed cōpoſitum eſt duplex, qui modus proprius eſt redargutioni factę ſm̄ amphibologiā ſeu ambiguitatē. Quartus aūt eſt ille qui ſe hꝫ ecōuerſo modo cū iſto. ſ. q̄n cōpoſitū vnū ſignificat, vt homo mortuus eſt, ſed ſeparatum plura, vt

& hoc Homerus poeta eſt vnū ſignificat, ſed ſeparatiꝫ vt Homerus eſt plura ſignificat. Si enī qꝛ poeta eſt, vel qꝛ viuit ⁊ eſt. His ſic ſe habētibus dicit ꝙ de redargutionibus ſꝫ ęquiuocationē ⁊ ambiguitatē orationis, redargutiones aliç quidē ob ęquiuocationē vnum aliquid interrogatoꝝ habēt ꝙ plura ſignificat nomē. vꝫ. qꝛ auteꝫ habēt hoc ꝙ plura ſignificat, ⁊ oratio duplex erit, cū nomen cōnecteret, ſubaudiendū igiť illud eſt [⁊ orationē] vt ſit perfecta ſic litera, aliç quidē ob ęquiuocationē hñt etiā nomen ⁊ orationē plura ſignificantē. Naꝫ in hoc canis incedit, ⁊ plura noīa ſignificat ⁊ oratio ſilr plura ſignificat. Naꝫ icedere ⁊ de reptione ꝑgreſſu ⁊ natatione dī. Si ergo canis nomen plura ſignificat, erit etiā oratio cui cōponetur hoc duplex. Aliç nāq; ɔcluſionē, aliç ṽo ob amphibologiā in oratione duplicitatē hñt, quā ɔcluſionē noīauit, qꝛ ⁊ ipſa eſt oratio. Nam ambiguitas ⁊ velut ꝓpoſitio ꝓponiť ⁊ velut problema offertur, fit auteꝫ ⁊ ɔcluſio, aliç igiť ob amphibologiā habēt orationē plura ſignificantē, ſed minime noīe, vt deſtruat nunc me. Nā hic nullum nomen duplex eſt, ſed ipſa oratio ſignificās ſeipſos capi ⁊ deſtrui, ⁊ forſitan aliquis diceret ꝙ ēt in redargutione ſm ambiguitatē ratio ⁊ nomē duplicitatē habeant. Nam in hoc nōne ſilenteꝫ dicere, ⁊ oratio duplex eſt, ⁊ illud ſilentē. Et p̃mo quidē dicendū ꝙ illud ſilentē non nomē, ſed participiū eſt, ſilr ēt illud videntē. Veruꝫ in ipſis ob ęquiuocationeꝫ ſemper duplicitas eſt in orationibus ⁊ noībus, ſed in paralogiſmis ob ambiguitatē propria duplicitas eſt in oŏne vt inuenies pl̃m a principio idipſum dicentē, aliqñ aūt habēt duplicitatē in noībus, ⁊ aliqñ non habēt. Q ręret auteꝫ aliquis qūo prius dixit ꝙ in hoc ſilentē dicere in ɔtradictione eſt cā paralogiſmi, non aūt in ſyllo. vꝫ. cōcluſione, nunc auteꝫ dicit ꝙ in hoc ſilentē dicere cōcluſio duplex eſt. Vel qa in aliqbus ſophiſmatibus ɔcluſio eadē cum vna ꝓpoſitione, ob id aliqñ quidē vt exemplūꝫ habentis duplicitatē in ꝓpōnibus accipit ipſuꝫ, ⁊ aliqñ vt exemplū habētis cōcluſionē duplicē. Qđ ṽo in hoc nōne eſt ſilenteꝫ dicere ɔcluſio ⁊ ꝓpoſitio duplicitatē hñt non eſt imanifeſtū, qñ aūt cōcluſionē aliud quid a ꝓpōnibus intelligit nūq; accepit cōcluſionē vt exēplum ꝓpōnis habētis duplicitatē, ſed ſolū vt ɔcluſionē. Cęteꝝ illud. In ea ṽo quę eſt conſcire ſcientē exēpluꝫ eſt redargutionis ſm amphibologiam ambiguitatēq;. Sed vbi nullum interrogatuꝫ hꝫ duplex nomē, ſed orationē. Eſt aūt ſophiſma tale, nōne ſciens dicendo vel agēdo illud conſcit ꝙ dicit vel agit: Vtiq; ſed is ſcit dicere iambica, igiť is cōſcit ēt iambica, ſed ignorat ſignificata ab ipſis. Naꝫ oratio de puero vel vulgari idiotaq; iterrogauit. Si ergo is ſcit dicere iambica ⁊ non cōſciunt ſignificata per ipſa. Nā nihil vetat eum qui tenet memoriter recitatq; prolata ſcire ſine libro ꝓferre ⁊ enunciare, ⁊ ignorare ſignificata per ipſa, vñ falſum eſt ꝙ conſcit. Sed cum dixerit quoſdā elenchos ab ęquiuocatione hře rationē ⁊ orationeꝫ plura ſignificantē, ⁊ alios ob ambiguitatē ɔcluſionē ⁊ orationē plura ſignificare, ſiue ꝓpŏ eſt oratio, ſiue cōcluſio, eoꝝ qui ſunt ob ęquiuocationē non poſuit exēplum, ſed eoꝝ qui ſunt ob ambiguitatē duo exēpla poſuit, aliud habēs duplicitatē in ꝓpoſitionibus ⁊ ɔcluſione, aliud aūt in ꝓpōne ſolum. Nam ſcire opꝫ ꝙ huius ſilentē dicere duplex eſt cōcluſio ⁊ ꝓpoſitio, ⁊ huius non cōſcire cōſcientē ꝓpŏ duplex ⁊ cōcluſio minime. Nā ɔcluſio hęc, is igitur conſcit etiaꝫ iambica non duplex eſt. Sed eſſet ēt contextus verboꝝ apertior iſte, in ipſo aūt non cōſcire ſcienteꝫ ſi ſic aliquo mŏdo ſe habuit in redargutione dicēte, non igitur conſcit ſciens, interrogatum duplex ⁊ ambiguum eſt ⁊ concluſio ſimplex.

Et duplex quidem quandoq; eſt ens, qñq; autem non eſt ens, ⁊ quandoq; ſignificat duplex, hoc quidem ens, illud ṽo non ens.

De duobus modis cū dixerit ɔſtituentibus dicta multipliciter eo. ſ. ꝙ ſeorſum hꝫ vnūqđq; ſimplex, ⁊ compoſito ꝙ non eſt ſimplex ac de eo ꝙ ſe hꝫ ecōuerſo modo cuꝫ illo nunc eſt ꝙ dicit tale, qđ duplex qñquidē ſeparato hoc ſcire a literis non eſt, ſed inuicē cōpoſitis eſt. Naꝫ qñ duplex in cōpoſitione eſt, in diuiſione autē nō eſt vel ēt ecōuerſo. Eſt aūt etiam ſic duplex in paralogiſmis ob ambiguitatē, ⁊ aliqñ eſt ēt in interrogationibus ⁊ in ꝓpoſitionibus ⁊ aliqñ non eſt. Nam dictum eſt differre has duas ſpēs inter ſe qđ quidā ob equiuocationeꝫ ſemꝑ hñt in noībus ⁊ interrogationibus duplicitatē, ⁊ quidam ob ambiguitatē non ſemper, ſed ipſi hñt aliqñ duplicitateꝫ ⁊ aliqñ non. Sed illud, ſed ſignificat duplex, aliqñ qdem ens, aliqñ aūt non ens ęquale eſt hinc aliquid duplicitatis eſt ens ⁊ verū, ⁊ aliqd non ens ⁊ falſum. Nam in hoc nōne ſciens dicere ⁊ illud conſcit dicere, partim verū, ⁊ partim falſum, nā de ſciente verum. Nam is conſcit, ſed de puero vel idiota falſum eſt.

Quibuſcūq; igitur in fine eſt multiplex, niſi prius ſumpſerit cōtradictionē, non fiet redargutio. vt in eo, quod eſt cęcum videre. Nam ſine cōtradictione non fiet redargutio.

Quod dicit manifeſtū eſt ſiquidē reuocarimus ad memoriā ea quę dixit in ſcđo prioꝝ reſolutiuoꝝ, in quibus de modo cōficiendi ſyllogiſmū ex oppoſitis ſermonem faciebat. Sunt aūt quę dixit ibi hęc in calce. Oportet aūt intelligere ꝙ ſic quidē non eſt ɔ̃rium cōcludi ex vno ſyllogiſmo, vt ſit ɔcluſio non ens bonū, eſt bonū, vel quippiam aliud ⁊ reliqua. His ſic ibi dictis, pꝫ qđ hoc qbuſcūq; igiť in fine ęquale eſt hinc, in quibuſcūq; igiť in cōcluſione, nam hanc dixit fineꝫ. In quibuſcūq; igiť in fine videť id qđ multipliciter diciť, id eſt ɔ̃dictio, opꝫ ſcire ꝙ ꝓpoſitio habēs ɔ̃dictionē aſſumpta eſt. Nam ſi non aſſumeret in ꝓpoſitione ɔ̃dictionē nō fit redargutio ex vno ſyllo ɔ̃ria cōcludens. Deinde vt reuocās nos ad memoriā eoꝝ quę dicta ſunt in ſcđo Prioꝝ reſolutiuoꝝ ſubiſcipit. Nam ſine ɔ̃dictione nō erit redargutio, tanq; redargutio. Nam dictū eſt ēt in illis ꝙ ſine ipſo aſſumere ɔ̃dictionē non pōt fieri redargutio, ꝙ bonū non bonū. Naꝫ ſcđs liber Prioꝝ cōtinet principia ſophiſticaꝝ redargutionū. Vel magis ꝙ dicit, hoc eſt. In quibuſcūq; igitur in cōcluſione eſt ambiguitas. Naꝫ hanc dixit multipliciter niſi aſſumat ɔ̃dictionē nondum patet ſi redarguit. Nam huius indicatiuū eſt illud. [Non fit redargutio,] vt nōne eſt cęcū videre, non, ſed nonne cum cęcū vides, cęcuꝫ vides, eſt igiť cęcū videre ɔ̃ eſt ambigua. Vel enī qꝛ cęcus videt, vel qꝛ vidēs videt cęcum, quare ſi dꝫ apparere redargutio opꝫ aſſumere ɔ̃dictione, ſic eſt igiť cęcū videre ⁊ non videre, vel ſic cęcus, igiť videt ⁊ non videt. Nā qa ambiguū eſt, qꝛ plura ſignificat, qd horū ɔcludat arguēs niſi aſſumat cōtradictionē incertus eſt, ſi in alteꝝ ſignificatoꝝ aſpiciens cōcludat, ⁊ non in alteruꝫ. Nam in hac rōne eſt ſilentē dicere incertuꝫ eſt ſi redarguit, ſi ṽo aſſumeret ɔ̃dictionē dicendo, eſt igiť ſilentē dicere ⁊ non dicere manifeſtus fit. Naꝫ ſic dixit redargutionē fieri in 2°

Prioꝝ reſolutoriorũ ꝙ etiam innuens dixit, naꝫ ſine cõtradictione non erat redargutio.

¶ Quibuſcũqꝫ 2o in interrogationibus, non neceſſe eſt prenegare, quod duplex eſt, naꝫ nõ ad hoc, ſed propter hoc ſit oratio.

¶ In quibuſcũqꝫ autẽ inquit interrogationibus eſt duplicitas nõ neceſſe eſt prius negare .i. non opꝫ ſimplr negare ⁊ dicere ꝙ non, qñquidẽ partim ſit verũ, ⁊ partim falſum, in his igitur opꝫ non neceſſe prius negare. Nam falſo negares, ſed qñ fuerit prorſus falſum negandũ eſt, vt nunqd Aiax ſingulari pugna cum Therſite pugnauit: non. Nam hic neceſſe eſt prius negare. Naꝫ nullus duorum qui fuerant Aiaces ſingulari pugna cuꝫ Therſite pugnauit. Sed in hoc nõne ſciens dicere ⁊ illud cõſcit qđ dicit, nõ neceſſe eſt negare. nã de ſciente falſum eſt negare. Nam cõſcit ſciens ea quę dicere ſcit. In his igĩ nõ neceſſe eſt, ſed in cõcluſione neceſſe eſt dicere non, vt nõne cõſcit ꝙ ſcit dicere. Dicendũ [non.] nam falſuꝫ illud ſic ſcientes, vt ſciẽtes nõ cõſcire quę diſcere ſcit. Cęteruꝫ cũ dixerit ꝙ non neceſſe eſt negare prius ipſam duplicitatẽ cãm ſubdit huius per hoc. [nam non ad hoc] ſed pp hoc ſit oratio, ideſt, non enim ad hoc interrogatũ eſt oratio, ſed pp hoc .ſ. cõcluſionẽ. Nam pp cõcluſioneꝫ eſt interrogatio, ⁊ qꝛ pp cõcluſionẽ eſt interrogatio, ⁊ in interrogatione eſt incertũ ꝙ accidere põt. Naꝫ ignoramus an de ſciente, an de puero orationem cõcludit, non neceſſe eſt prius negare ſed dicere ꝙ forte, vel ꝙ eſt quidem vt ſic, ⁊ eſt vt non ꝙ quidem ipſe facit.

¶ In principio aũt ad duplex, ⁊ nomẽ, ⁊ orationẽ, ſic rñdendũ, qm̃ eſt quideꝫ vt ſic, eſt autem, vt non. Ut de eo, qđ eſt ſilentem dicere, qm̃ eſt, vt ſic, eſt aũt, vt non. Et quę expediũt, agendũ, eſt quidẽ quę ſic, eſt autem, quę non. Nam expedientia dicuntur multipliciter. Si aũt lateat, in fine addendo interrogationi, corrigenduꝫ eſt. Eſt ne ſilentem dicere: non. ſed hunc ſilenteꝫ. Et in ijs, quę ipſum multipliciter habent in ꝓpoſitionibus, ſimiliter non putas conſciunt. qm̃ ſciunt: ſic. Sed non ſic ſciẽtes. Non enim eſt idem, quoniã non eſt cõſcire, ⁊ quoniaꝫ ſic ſcientes, non eſt. Et omnino obluctandum eſt, tametſi ſimpliciter ſyllogizetur, ꝙ non rem, quã dixit, negauerit, ſed nomen, quare id non eſt redargutio.

¶ Cum dixerit qño non opꝫ rñdere per quę dixit, qđ in qbuſcũqꝫ aũt interrogationibus eſt duplicitas nõ neceſſe eſt prenegare, nunc docet ⁊ qño opꝫ facere rñſiones, ⁊ inquit ꝙ qñ in pncipio .i. in ꝓpoſitione, vel in nomine vel oratione eſt duplicitas, mox opꝫ ſimul interrogatione non cõcedere ipſam ⁊ aſſentire ipſi annuereqꝫ, ſed dicere ꝙ eſt vt ſic, ⁊ eſt vt non, ⁊ ſubdit ad explicationẽ huius hoc ſilentẽ dicere. Vt enim in hoc inquit qñ interrogati fuerimus nõ eſt ſilentem dicere: dicendũ eſt vt ſic ⁊ vt non, ſic faciendum nobis eſt ⁊ in oĩbus alijs. Deinde inquit. Si aũt ſępe accidat id aliqueꝫ latere ꝙ duplex eſt oratio ⁊ dederit interrogatũ, inquit ꝙ eſt rurſus corrigẽdũ in cõcluſione. Nam ſinẽ inquit cõcluſionẽ (vt ſępe diximus,) ſꝫ in cõcluſione quoties hoc ꝯcludĩ ab interrogãte, addunĩ quędã interrogationi, quę ad ſyllogiſmuꝫ conficiendũ maxime valebunt. Inducit aũt ⁊ huius exẽplum ꝙ tale eſt, interrogauit ſophiſta nõne eſt ſilentem dicere, non dixit rñdens ꝙ eſt quidẽ, vt ſic, eſt 2o vt nõ, ſed prorſus negauit. Concluſit aũt ille ꝙ nonne eſt ſilentẽ dicere, quomodo igĩ rurſus rñdẽs auſugiet redargutionẽ, quones ille deducit cõcluſionẽ dicendo nonne ſilenteꝫ dicere, addens ipſe non. Nam Socrates qui tacet non dicit. Similr̃ eſt faciendũ ⁊ in habẽtibus duplicitatẽ in ꝓpõnibus, niſi pueniat rñdens tunc hoc diſtinguẽdo. Cętera autem plana ſunt ⁊ dictis conſimilia.

¶ Manifeſtũ autẽ ⁊ eas, quę ſunt ꝓpter diuiſionẽ, ⁊ cõpoſitionẽ / quomodo ſoluẽdũ. Nã ſi diuiſa / ⁊ cõpoſita oratio aliud ſignificat: cuꝫ cõcluditur, contrariũ dicendũ. Sunt aũt oẽs huiuſmodi orationes ſm cõpoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ, putas ne quo vidiſti tu hunc percuſſuꝫ, illo percuſſus eſt hic: Et quo percuſſus eſt, illi tu vidiſti: Habent igitur non nihil ⁊ amphibolicarũ interrogationuꝫ. ſed ſunt ſm cõpoſitioneꝫ. Nam non eſt duplex ob id, qđ eſt ſm diuiſionẽ. Non enim eadeꝫ oratio ſit diuiſa. Si quidem nõ ⁊ orus ⁊ horus accentu ſic prolata, alterũ ſignificãt. Sed in ſcriptis quidem idem nomẽ, cum ex eiſdem elemẽtis ſcriptum ſit, ⁊ ſimiliter. Et illic iam ſigna faciũt, prolata non eadeꝫ. Quare non duplex, quod pp diuiſionẽ eſt. Manifeſtuꝫ, ẽt qm̃ non oẽs redargutiones ſunt pp duplex, veluti quidaꝫ dicunt. Diuidendũ igĩ ei, qui rñdet, nõ enim idem eſt dicere videre oculis / percuſſuꝫ. ⁊ dicere oculis percuſſum / videre.

¶ Cum dixerit qño oportet rñdere in redargutionibus ob ęquiuocationẽ ⁊ ambiguitatẽ, ⁊ docuerit ſufficienter de ipſis, nunc ẽt de paralogiſmis ob cõpoſitioneꝫ ⁊ diuiſionẽ ſermonẽ facit, ⁊ qño ſint ſoluendi patefacit. Nam oratio inquit eadẽ alteꝝ quid ſignificaret diuiſa ⁊ alteꝝ cõpoſita cum id ꝙ ſyllo oſtẽdĩ cõcluditur ipſa ſemꝑ dicit ꝯrium. Dixit aũt eos ⁊ cõpoſitũ quos ob diuiſioneꝫ, qꝛ idem ab hoc diuiſum cõponĩ eidẽ, ⁊ compoſitũ hunc diuidĩ ab eodẽ, vt Socrates ſedet. ſedens põt ambulare, igĩ Socrates ambulat, illud igĩ ambulat diuiſuꝫ ab ipſo põt ꝯponerẽ Socrati, ⁊ factus eſt paralogiſmus dicens igĩ Socrates ambulat. Quia igĩ eiuſdẽ vt ambulare ſimul ⁊ diuiſio ⁊ cõpoſitio ſit, ſed in alio quidẽ diuiſio vt ab ipſo põt, ⁊ alij cõpoſitio ceu hunc Socrates, ob id dixit. Sunt aũt ob cõpoſitionẽ ⁊ diuiſionẽ. Nam nihil differt ſic / vel ſic dictũ. Ideo ⁊ Ariſto. paralogiſmus ob diuiſionẽ ⁊ cõpoſitioneꝫ vno modo accepit dicẽs, ob cõpoſitionẽ aũt ⁊ diuiſionẽ qñ ipſa faciat diuaꝫ ſignificatũ. Qđ 2o pño ſophiſma nõne quo vidiſ tu hunc verberatum, hoc verberatus eſt, ſit ob cõpoſitionẽ, manifeſtum erit ſiquidẽ totum explicarimus ſophiſma. Eſt autẽ hoc nõne quo vidiſti hunc verberatum hoc verberatus eſt: vtiqꝫ. Vidiſti aũt ipſum oculo verberatũ, igĩ oculo verberatus eſt, ⁊ non ferula vel virga ꝙ eſt falſum. Naꝫ verum erat oculo igĩ vidiſti hunc verberatũ, factus eſt auteꝫ paralogiſmus ex ipſo diuidere hoc .ſ. hunc verberatum ab ipſo vidiſti, ⁊ addere ipſi oculo. Non eniꝫ oculo

¶ Tranſit etiam ad paralogiſmos factos ob accidẽs, ⁊ quomõ oportet hos etiam ſoluere docet. Et inquit paralogiſmorum ob accidens vnam et eandem eſſe ſolutionem. Hinc recitans quoſdam adducentes ſolutionẽ ſophiſmatibus, ſȝ non in cunctis obſeruandam, nec eaȝ quę poſſit ſoluere omnes ob accidens paralogiſmos. Nam cum (inquit) indeterminatum eſt quando dicendum eſt de re, quod dicit tale eſt. Sunt quędam eorum quę inſunt accidenti vera etiam de ſubiecto accidẽtis, dico autem ſcilicet de re, ⁊ quędam ſunt quę accidenti inſunt, ſed minime rei, nam biſſillabum dicitur etiam de albo ⁊ verificatur de aliquo equo cui accidit albus, quare de hoc verum eſt dare tales propoſitiones, num hic equus? vtiqȝ, nõne albus? ita, igitur hic albus, ſȝ nõne album biſſillabum? ita igitur equus biſſillabus, eqdem in hoc verum eſt de accidente vt biſſillabum de ipſo albo dictum, ⁊ de equo dicetur, ſed de Socrate minime. Non enim ſi Socrates albus, ⁊ albus eſt biſſillabum, ⁊ Socrates eſt biſſillabus, quoniam igitur hęc ita ſe habent, nihil autem determinatum eſt, vtrum oportet dicere ꝙ quę inſunt accidenti inerunt etiaȝ rei, ideſt ⁊ ſubiecto, ⁊ quando non, dicenduȝ eſt ad omnes ꝙ nõ neceſſe eſt id quod accedenti ineſt ⁊ rei ineſſe, ſed in aliquibus contingit, ⁊ in aliquibus non. Et adhuc oportet proferre, ⁊ illud velut, videlicet q̄le, vt in Mẽnone Platonis ſcriptum eſt, ſic autem ſe habẽt ea quę ibi ſcripta ſunt lex nobis quid eſt quale, ⁊ interroga leges, ſed inducta ſophiſmata talia ſunt, nonne ſcis ꝙ debeo te interrogare, non, ne ſcis ꝙ virtus eſt bonum, vtiqȝ, ⁊ hoc debeo te interrogare, igitur ſcis ꝙ debeo te interrogare. Solutio ꝙ non idem eſt virtutem bonam eſſe, ⁊ debere interrogare ſi eſt bonum, ſed bonuȝ cum ipſa ſit, accidit ei ipſum debere interrogare ſi eſt bonum. Rurſum ne cognoſcis venientem ⁊ coopertum? non. Deinde auferentes velamen, nõne ſcis hunc? vtiqȝ, eundẽ igitur cognoſcis ⁊ non cognoſcis. Rurſuȝ putas ne ſtatua tuum opus eſt? ita, nonne tuum eſt? ita, tuum igitur opus eſt ſtatua, ſed etiam non eſt. Naȝ Phidię eſt. Rurſum, num paucies pauca pauca? ita, ſed centum ad decies milia paucies pauca ſunt, igitur centum pauca, ſed ſunt etiam multa. Planum igitur ꝙ omnes hi paralogiſmi ob accidens ſoluuntur. Nam (inquit) ſolis eni his quę ſm ſubſtantiam indifferentia ſunt, vt ſm ſubſtantiã indifferentes ſunt equus ⁊ bos, his proinde hęc ęqualiter inerunt. Soluunt igitur quidaȝ hęc ſophiſmata ⁊ aliter. Sed Ariſtoteles deſtruit ſolutionẽ hanc propter hꝫ, vt ſuperius diximus, non omnium paralogiſmorum non eſſe eandem ſolutionem, quãq̃ primo (vt cauſa diximus) ſoluebant quidam ſophiſma ob accidens ſic dicentes ꝙ nullum abſurdum ſi coriſcum cognoſcimus ⁊ non cognoſcimus, nã ſm aliud cognoſcimus, ⁊ ſm aliđ ignoramus, ſed non ſm idem. Hanc ſolutionem Stagirites deſtruens inquit. Earum orationum quę ſunt circa idem oportet eandem eſſe ſolutionem quemadmodum etiam diximus, circa autem idem ſunt orationes omnes quę ob ambiguitatem ſunt. Similiter autẽ ⁊ omnes ob cõpoſitionem, ſed quę ob amphibologiam ambiguitatẽqȝ dicendi ſunt non circa idem ſunt cum his q̄ ſunt ob compoſitionem, ſed circa aliud. Dicit igitur ꝙ ſi bene ſe habet horum ſoluentiuȝ ſic ſophiſmata ob accidens ſolutio, eadem congruet etiam omnibus q̄ ſunt ob accidens, ſed in aliquibus adaptari non poteſt, igiᷣ non bene ſoluunt, nam eorum quę ſunt ob eandeȝ cauſam oportet eſſe eãdem ſolutionem. Sed quomõ nõ eſt ſolutio talium ſophiſmatum aſſignata de ipſis ſubdit. Nam ſi abſtulerimus inquit a ſophiſmate cognoſcere, velut dicere nõne cognoſcis, ⁊ introducemus eſt vt nõ dicere nõne cognoſcis hunc coopertum ⁊ nõne cognoſcis venientem, ſed ꝙ nõne hic tuus eſt, non eã quã ipſi dicunt ſolutionem competet huic. Vocat autem digni

tatem propoſitionem, ſed ſophiſma ſic interrogauit, ſit autem verbi gratia de Glaucone Platonis fratre, qui certe Glauco non ſolum erat frater Platonis, ſed etiaꝫ pater, habuit eniꝫ filios. proinde interrogatus erat, naꝫ detur ⁊ hunc eſſe interrogatum, ſic ipſum interrogauit contendens. Nōne o Plato Glauco tuus eſt, ita, nonne Glauco pater eſt, vtiqꝫ. Glauco igitur pater tuus. Fquidem in hoc ſophiſmate quomō haberet locum ea ſolutio quaꝫ ipſi dicunt ꝙ hunc quidem cognoui, hunc aūt non cognoui, Nam cognouit vtrunqꝫ, Plato ⁊ ꝙ pater eſt Glauco, ⁊ ꝙ eſt ipſius Platonis aliquid, quare non ab aliquibus dicta ſolutio adaptaretur cunctis paralogiſmis ob accidens. Naꝫ lꝫ in aliquibus verum ſit dicere ꝙ eundum cognoſco ⁊ ignoro ſm aliud ⁊ aliud, ſed ſic hoc dicere non concedit. Plures autem ſunt malitię ſyllogiſmi. Verum non cuiuſuis malitię patefactio ⁊ rei eſt ſolutio quod paulo retro diximus, ſed ea per quam falſum, vt in hoc Socrates ſedet, ſedens ſcribit, Socrates igitur ſcribit, hoc falſum hic non ſi quis dicet, quia ſuppon̄ Socratem ſedere, falſum cōcluſum eſt, ⁊ ſi forſitā falſum ſit Socratem ſedere, ſed ob id, quia ſuppoſitum eſt ſedentem ſcribere, non ſufficit igitur ad ſolutionem oſtendere ꝙ falſum eſt deductum ⁊ concluſum, ſed oportet etiam moduꝫ dicere, ⁊ cauſam ob quā falſum factum eſt. Naꝫ ſi in ſecūda figura ex duabus affirmatiuis cōcludit aliquis hominem eſſe equum, nō ſufficit oſtendere hoc falſum, ſed etiam cauſaꝫ dicere, ꝙ falſum concluſum ſit ob figuram aſſyllogiſticam, ponit autem ⁊ ipſe ad dictum exemplum. Eſt autem per hoc dictum tale. Dixit Zenon non eſſe motuꝫ, ſi quis igit̄ inquit niteretur cōcludere ⁊ oſtendere Zenonis rationeꝫ deſtruētem motum, ex ipſo concludere impoſſibile aliquid poſita Zenonis ſuppoſitione peccat. Nam neqꝫ latuit paralogiſmus, ſi enim dicit. Ego quidem o Zeno aio eſſe motum, ſi ꝟo falſum hoc, verum autem eſt ꝙ tu dicis. ſ. non eſſe motum, eſto hoc ⁊ ponatur ꝙ non eſt motus, neqꝫ moueri, ſed ſi nō eſt hoc neqꝫ vnde faceret moueri erit. Si ꝟo hoc neqꝫ ſol ab oriente in occidētē mouebit̄, neqꝫ ab occidente in orienteꝫ, ſi ꝟo neqꝫ hoc nec dies nec noctes erunt ꝙ eſt impoſſibile, ſi auteꝫ impoſſibile hoc falſa etiaꝫ eſt tua ſuppoſitio, vel hoc vt ſit impoſſibilis ſequutuꝫ eſt. Hęc cū ſi ratiocinaretur, ⁊ ſi infinities eſſet ratiocinatus, ⁊ vere concludens ⁊ deducēs vt tāqꝫ impoſſibile nō eſſe motuꝫ ex ipſo deducere ſuppoſitionem Zenonis ad impoſſibile non latuit ſophiſma ipſum Zenonis, ſed dicens ꝙ actu infinita accipies, ⁊ q̄cūqꝫ alia ipſe Ariſto. in 6° de phyſica auſcultatione dixit, ⁊ nos hęc exponentes conſiderauimus.

¶ Si igitur non ſyllogizauit, q̄uis aut veruꝫ aut falſum conetur colligere, illius manifeſtatio eſt ſolutio. Fortaſſe autem ⁊ id in quibuſdam nihil prohibet accidere. Verum in his, nec hoc videbitur. Nam ⁊ coriſcuꝫ quoniam coriſcus, ⁊ venientē, quoniam veniēs, cognoſcit. Contingere autem videtur idem cognoſcere, ⁊ non/vt quoniam album quidem cognoſcere, quoniaꝫ autem muſicum, non cognoſcere. Sic enim idem cognoſcit, ⁊ non cognoſcit, ſed non ſm idem. Venientem autem ⁊ coriſcum, ⁊ quoniam veniens, ⁊ quoniam coriſcus, cognoſcit. Similiter autem peccāt, ⁊ qui ſoluunt, quoniam omnis numerus ⁊ multus ⁊ paucus eſt, vt hi/quos diximus. Nam cum non concluſum ſit, id omittētes, verum concluſum eſſe dicunt. Omnia eniꝫ eſſe ⁊ multum ⁊ paucum dicentes. peccāt.

¶ Quod dicit per dicta/hoc eſt, ⁊ ſi verum dicit, ⁊ ſi falſum quatenus concluſuꝫ eſt ex modo aſſyllogiſtico, huius inſinuatio eſt ſolutio, ſed non ſit ſylls ex duab⁹ particularibus aliquid cōcludens, ⁊ ex duabus affirmationibus in ſecūda figura, ⁊ vtens ęquiuocis ⁊ ambigua accipiens, ⁊ ſi quid tale, quare qui ob aliquid horum oſtēdit paralogiſmum fieri, ille ſoluit, forſitā autem inq̄t in aliquibus nihil prohibet ſoluere rationem, q̄a oſtendit̄ impoſſibile aliquid ſequi, ſed in pr̄ntia hoc nō ſufficeret, Vel maxime hoc dicit, quia in aliquibus nihil prohibet dicere idem cognoſcere ⁊ non cognoſcere, tn̄ ſm aliud ⁊ aliud, ſed in veniente coriſco non ſufficit hoc. Naꝫ nouit reſpōdēs ⁊ venientem, q̄a accedit venitqꝫ ⁊ coriſcus, quia coriſcus, ſed etiam ſoluentes ſophiſma hoc ꝙ centum ſunt plura ⁊ pauciora concluſum dicētes ꝙ oīs numerus eſt multus ⁊ paucus, ſimilr̄ vt hi peccant, vt diximus peccare quatenus eſt impoſſibile inducere, vel q̄uis ſolutionem adducere, ⁊ ne ꝓpter quod falſum eſt, ⁊ erit deficiens, quēadmodum quos diximus peccabat, vt etiam illi peccabant, ſic etiam hi, ſed quale ſit peccatum inquit. Nam inquit omittentes dicere ad contendētem ꝙ non concludit, dimittunt quidem hoc dicere. inquiunt autem ipſum concluſuꝫ ⁊ omneꝫ numerū ⁊ multum ⁊ paucum dicūt, ſi ergo ſic faciunt quomō non peccant, ſed ęquale eſt dictum huic. Nam ſi omittētes dicere ad contendentem ꝙ non concludit contradictioneꝫ poſitionis, ſi hoc. vꝫ. omittētes dicunt ꝙ verum eſt qđ concludo ⁊ nihil impoſſibile eſt, nam omnis numerus ⁊ multus ⁊ paucus eſt, peccant.

¶ Quidam autem ⁊ duplici ſoluunt ſyllogiſmos, vt quoniaꝫ tuus eſt pater, aut filius, aut ſeruus. Attamē manifeſtum, quoniam ſi co qđ multipliciter dicitur, appareret redargutio, oporteret nomen, vel orationem proprie eſſe plurium. Hunc autem eſſe huius filium, nemo dicet proprie, ſi dn̄s eſt filij. Sed propter accidens compoſitio eſt, putas ne eſt hic tuum: ſic. Eſt auteꝫ hoc filius/tuus igitur filius, quia accidit ⁊ tuum eſſe, ⁊ filium, ſed nō tuum filium. Et eſſe aliquid maloruꝫ bonū, nam prudentia eſt diſciplina malorum, verū hoc eſſe horum, non dicitur multipliciter, ſed poſſeſſio. Nō ſi fortaſſe multipliciter: nam ⁊ hominem animalium dicimus eſſe, ſed nō poſſeſſionem aliquam, ⁊ ſi quid ad mala dicitur, vt aliquorum, propter id malorum eſt. Sed non hoc malorum, ꝓpter id igitur, quod aliquo modo, etiā ſimpliciter apparet. Et quāq̄ contingit fortaſſe bonum eſſe aliquid malorum dupliciter, non tamē in oratione hac. ſed magis ſi aliquod mancipiuꝫ fuerit bonuꝫ

mali. Uerum fortaſſe,neq; ſic. Non eni ſi bonum eſt, ⁊ huius,bonum huius ſimul. Inſuper neq; hominem dicere animalium eſſe dicitur multiplicíter. Non enim ſi interduȝ aliquid ſignificamus auferentes,id dicit̃ multipliciter.nam ⁊ dimidium dicẽtes verſus da mihi,illiada ſignificamus,vt irã pãde dea.

¶ Ad verboꝝ explicationem opoꝛtet hoc prius dicere ꝙ ſophiſmata hęc quę nunc exponit ad ſcientes dicebantur.Illud autem hic huius ſeruus eſt concludens ſic,nũquid hic eſt filius: vtiq;.nũquid hic huius eſt,vtiq; hic igitur huius filius eſt,ſed etiam ſeruus eſt,nam ſi nõ ſciuit reſpondens,ꝙ hic ſeruus eſt Glauconis,ſed non filius ⁊ ille interrogaret,num hic filius eſt: vtiq; nonne hic Glauconis eſt vtiq;,hic igitur filius Glauconis eſt, ſed ⁊ ſeruus eſt ꝙ idem eſt cum hoc non filius eſt,ſi ergo neſcit hęc reſpondens habuit dicere ad interrogantem. Vnde patet ꝙ ſeruus eſt Glauconis ⁊ nõ filius q̃re ad ſcientem interrogationes faciebant. His ſic ſe habentibus dicit Ariſtoteles quoſdam ſoluere tales paralogiſmos duplici,dicendo ipſum duplex ęquiuocationem ⁊ ambiguitatem dicendi. Nam dicebant ꝙ nonne hic huius eſt duplex,⁊ ꝙ ſeruus ⁊ huius ⁊ ꝙ filiꝰ huius.Similiter inquit.⁊ hoc hic huius filius duplex.Et enim vel quia Glauconis filius, vel quia generãtis ipſum. Poꝛro ad hęc inquit Ariſtoteles non bene afferri ſolutionem.non enim eſt duplex hoc nõne hic huius, vel hoc nõne hic huius filius, nam quia vt dictum eſt ad ſcientem ꝙ hic Glauconis eſt ſeruus,ſed non filius interrogationem faciebat,quomodo erit duplex ad ipſum hoc.ſ.hic huius,nam dans hunc huius eſſe,tãquaȝ ęquale dedit huic,hunc huius eſſe ſeruum,quare nõ duplex ad ipſum hoc.ſ.num hic huius.Verum valde expedite ꝓpter inferius poſitum ipſum ad exemploꝝ verſus demonſtrauit ꝙ non ob duplex eſt ſophiſma. Nam vt dicens ꝙ da mihi iraȝ pande dea,dimidium verſus,audiens non illiadem verſum intelligit,neq; vt dimidiuȝ illiadis dat,ſed velut dimidium oꝛdinis verſus, naȝ ſciunt deſinere ꝙ dimidium verſus eſt hoc irã pande dea, ſed non poematis.Non enim dicitur illias verſus ſed oꝛdo verſuum,ſi enim dicebatur,⁊ illias ⁊ oꝛdo verſus, tunc erat duplex hoc iram pande dea medium verſus, ſed quia illias non dicitur verſus,ſed oꝛdo verſuuȝ non duplex eſt,ſic etiam in illis.Illud auteȝ velut ꝙ tuus eſt pater,vel filiꝰ ęquale eſt huic,tuus igitur o Glauco hic filius,⁊ tuus o ſerue Glauco pater.Soluit autem dicendo ꝙ ſi quia duplex erat ſophiſma,opoꝛtebat nomen ⁊ orationem ꝓpꝛie dici de quibus dicitur.Nam canis cũ ſit de numero eoꝛuȝ quę multipliciter dicuntur pꝛopꝛie dicitur,⁊ de terreſtri,⁊ de aſtro.Sed pater de ſeruo,de quo etiam hoc tuus datuȝ eſt non dicitur pꝛopꝛie,nam qui dicit ꝙ vtiq; tuus,illud tuus velut ad ſeruum dedit, ſed non dicitur pater ſerui pater,quare nõ duplex oratio ꝓpter hoc duplex,ꝓpꝛie de omnibus dicitur de qbꝰ dicitur ſeruus,de quo vt idem datum eſt nõ dici ꝓpꝛie ad patrem,ſed verba hęc hoc hunc eſſe huius filiũ,legenda ſunt tranſcurſim,ſic illud hunc huius nullus dicit ꝓpꝛie eſſe filium.Naȝ ſi filius ꝓpꝛie ad dominũ dicebat̃, tunc etiam ſignificatiua hoꝝ hęc hoc huius fuerunt duplicia,⁊ ſignt̃ ꝙ filius eſt ⁊ dñi filius,⁊ patris,⁊ pater ſerui pater ⁊ filij,qa auteȝ filius non dicitur dñi ſed patris, neq; hoc filij ⁊ patris indicatiuum ꝙ eſt hoc,ſed ꝓ huiꝰ duplex erit,ſimilr̃ ⁊ de ſeruo ⁊ domino.Qd̃ verò non dicatur duplr̃ patet.Nam nullus ſeruuȝ huius filium pꝛopꝛie dicit,ſi ſeruuȝ eius eſſe ipm̃ cognoſcit ⁊ non filium, ⁊ vt breuiter dicam illud hſic huius eſſe filium nemo dicit huius eſſe ſeruuȝ pꝛopꝛie,ſi ergo ⁊ qdam inqt ob ęquiuocationem vel ambiguitatem dicendi,qa ſunt hęc duplicia,dicunt eſſe ſophiſma,tamẽ vt oſtẽſum eſt ob accidens eſt,illud verò de prudẽtia tale eſt,nõ eſt ſcientia maloꝝ: vtiq;.Nã mala ſunt ſcibilia,ſed prudentia eſt ſcientia,ergo eſt prudentia maloꝝ,eſt igit̃ prudẽtia aliquod malum.Et hoc autẽ dicit quoſdaȝ duplici ipſo ſoluere. Nam illud eſſe hoꝝ duplex inquiũt,ad quaȝ ſolutioneȝ inſtans Ariſt.tñ̃q; non ſufficienter adductã ſubdidit dicendo,illud autẽ hoc hoꝝ eſſe non dicitur multiplr̃,ſȝ poſſeſſio quaſi dicebatur,nam vt regio hęc Athenienſium cũ ſit non dicit̃ multiplr̃,ſȝ poſſeſſio vel ſeruus, vt dictum eſt,ſic neq; virtuteȝ eſſe maloꝝ multipliciter dicitur,nam cũctis patet ꝙ nõ eſt aliqd malum virtus,nã nemo ipſum malum dicens ꝓpꝛie loquitur,ſed ſic dicit̃ maloꝛum vt ſciẽtia ſcibiliũ,igitur ob accidẽs etiaȝ ꝓ ſophiſma eſt,⁊ nõ ob duplex ipſum,naȝ qa prudẽtia bonũ eſt,accidit autẽ his mala eſſe,qa dicitur prudẽtia maloꝛum,ſi ergo multiplr̃.Eteniȝ hoiem aialuȝ eẽ dicimus, ſed deficeret verbis hoc nõ bene dicit,⁊ erit pfecta ſententia eoꝛum talis,ſi autẽ aliquis hoc.vȝ.hoc hoꝝ, vel hoc hic huius multiplr̃ dici inqt,ꝙ etiã oratio dicẽs hominem aialium multiplr̃ dicitur,ſi ergo hoc aliqs diceret nõ bene dicit,⁊ cauſam huius nõ bene dicere dicentem hoc breuiter velociterq; poſuit per ꝓ, ſed non poſſeſſionem qd̃ ęq̃le eſt huic,non enĩ dicitur poſſeſſio.Eſt autẽ ⁊ vniuerſa verboꝝ ſentẽtia talis,naȝ ſi homo vno mõ dicebatur aialium,qa animal eſt,Nam omne animal nõ eſt nõ animaluȝ,ſed aialium, ſed ſm̃ aliud dicebatur aialium,vt pireum eſt magis ty negra Athenienſium.Naȝ dicitur hęc Athenieſium vt poſſeſſiones, ſed hoc ⁊ hoc,atq; hoc huius,vel illud,ꝓ hoꝝ dicebatur multiplr̃,qa autẽ homo aialuȝ nõ dicitur multipliciter,nullus eniȝ audiens ipm̃ aialuȝ vt poſſeſſioneȝ eẽ aialium intelligit,ſed qd̃ animal eſt.Nõ eniȝ dicitur ꝓpꝛie homo aialium vt poſſeſſio aialuȝ,neq; qui hoc dicit pꝛopꝛie loqtur,qa igitur homo aialium dicitur non multiplr̃,neq; huius indicatiuuȝ.Eſt autẽ hoc hoꝝ duplex,quare neq; ſignificatiuũ ſerui ⁊ domini.Eſt autẽ ⁊ ipm̃ hoc huius duplex,⁊ dictuȝ eſt prius ꝓpter qd,illud verò,⁊ ſi quid ad mala dicitur vt aliquoꝝ,idem eſt huic, ⁊ ſi qd ad mala diceretur ſm̃ genitiuũ caſuȝ,quẽadmodum prudentia dicitur maloꝝ,dicetur qdem ſed nõ qa mala,eſt maloꝝ,ſed qa ſciẽtia cum ſit maloꝝ,nam prudẽs ſcit mala,quare ſophiſmata hęc quę paulo prius dixímus ob accidens ſiunt,ſed ob ipm̃ duplex , ſed aliqliter etiaȝ ipſum ſimplr̃ ob accidẽs noiant.Naȝ aliqualr̃ cum ſit hoc huius, vt ſeruus domini ⁊ ſimplr̃ omnium de qbuſcũq; illud hoc huius dici põt cenſent inferendũ ⁊ ꝓferenduȝ eſſe.Poſtea inqt.⌊Et quãq; cõtingit foꝛtitã bonum eſſe aliquid maloꝝ.⌋vt foꝛtitudo ſimplr̃ cum ſit bonum,videt̃ qbuſdam ob vulnera quę in bellis feriũtur,eſſe malum,nam ob id ⁊ ipm̃ foꝛtitã adiecit, quare oratio dicẽs foꝛtitudo maloꝝ eſt duplex,vel eniȝ ꝙ aliquod malũ eſt foꝛtitudo,vel ꝙ ſcit mala,ſed ſi etiam cõtingit aliquãdo aliquam oꝛonem dicẽtem aliqd bonuȝ maloꝝ eſſe,duplex habere,vt de foꝛtitudine,diuitiis,ſanitate,⁊ qbuſdam aliis,tamẽ non diceremus eam dicẽ

tem prudétiam eſſe melioꝝ duplex habere, ⁊ hoc dicẽdo ponit orationẽ, quę videtur habere duplex cũ nõ ſit duplex vt paulopoſt dicet. Sed oratio quaꝫ inducit apparentẽ habere duplex hęc eſt, ſi aliqd mancipium fuerit bonũ mali. Verũ fertur ⁊ alia ſcriptura ſic habẽs, ſed ſi aliqd mancipiũ fuerit bonũ nomẽ mali, qđ tamẽ dicit tale eſt, ſi qs ſeruus cũ ſit bonus, vel ſi enim aliqs ſeruus nomẽ habuit quo bonus vocaretur, ⁊ forte accideret ſibi ſeruire prauo. Dicit autẽ quis bonũ mali, videbitur duplex oratio eſſe. nam qa plures ſeruoꝝ mali dicũtur, phãtaſiam ⁊ imaginationem quãdam efficit ipſius duplicis. Vel eniꝫ qa bonus malus, vel qa ſeruus mali, hoc ponens inſtat (vt dixi) orõnem non eſſe duplicẽ dicendo, non eniꝫ ſi bonus ſeruus boniue mancipiũ cum ſit dicitur ⁊ mali, ⁊ bonuꝫ mali dicet. Illud autẽ [ſimul] proponitur perinde ac dixerit, nõ hęc duo ſimul bonuꝫ mali, ſed tria bonus ſeruus mali. Naꝫ hoc cogit ipſa interrogata ſimul intelligi, hęc qdem per vnaꝫ ſcripturarum dicerent, ſed per illaꝫ quę hꝫ nomen additur diceret, non eniꝫ ſi ſeruo ponit nomen bonuꝫ, ꝙ non appelletur Nicocles, vel Plato, vel Hipponius, vel quippiaꝫ aliud tale ſed bonus, ceu olympionicus noiabatur hoc nomine homo, iam ⁊ bonuꝫ mali duplex, vt qa bonuꝫ nomẽ ſerui malum eſt, vel qa mali domini, ſed eſt ſimplex, quare ob accidẽs, nõ eniꝫ ſi accidit eidẽ bono dici ⁊ mali eẽ ⁊ bonũ mali eſt, quẽadmoduꝫ neqꝫ ſi prudentia ſcientię. Sciẽtię autẽ accidit vt ſit ꝯtemplatrix maloꝝ, ⁊ prudẽtia maloꝝ eſt. Non enim ꝗcũqꝫ de ꝑdicato dicũtur, omnia ⁊ de ſubiecto ꝑdicati dicẽtur, quare nõ ſi accidit ſeruo bonuꝫ vocari, eideꝫ autẽ ecõtra mali, ⁊ bonum mali, ſed bonum ſeruũ mali domini, vnde ſubdit. Sed neqꝫ hoc hoiem dicere animalium eſſe dicitur multipliciter, qui cum ponat valde obſcure cauſas quibus nõ bene apparẽt dicentes duplex eſt huius ħ. Rurſus cauſam exponit, ⁊ inquit. neqꝫ hominem dicere animalium dicitur multipliciter, quemadmoduꝫ neqꝫ hoc bonum ſeruum mali. [Non enim ſi interdum aliquid ſignificamus auferentes ab hoc illud dicitur multipliciter.] Eſt autem ꝙ dicit, non enim omne per ſe aſſumptum definitum ⁊ cognitum cum ſit, ⁊ de hoc dictum multipliciter dicitur, non eniꝫ ſi accidit huic, ſcilicet tuo ⁊ filio eſſe, tuus eſt filius. Non enim ea quę accidunt eidem ea ipſiſmet inuicem accidunt, non eniꝫ ſi coriſcus ⁊ muſicus ⁊ albus, ⁊ muſicum ⁊ album ſunt idem, nam ſi omnia per accidẽs ꝑdicata de aliquo ⁊ inter ſe ⁊ ſubiecto erunt eadem, vnde hoc hic tuus erat duplex, ⁊ hoc hic huius. Neqꝫ eniꝫ differt illud tuus de filio vel ſeruo dicere, quia filius ⁊ ſeruus de eodem dictu eadem ſunt, quia autem nõ eadem, ſed diuerſa quomõ poſſibile eſt dicere ꝙ omne per ſe acceptum, vt huius ſolus indicatiuũ duplex eſt. Naꝫ ſi hoc erat, qa iram pande dea auferentes deſinite cognouimus, qđqdeꝫ dimidium verſus eſt ⁊ nõ illiadis oratio dicens. Da mihi, iram pande dea mediũ verſus duplex erat, ſed non duplex ꝑ ſe acceptuꝫ hęc irã pande dea, vnde planũ factũ eſt ꝙ eſt alicuius dimiduꝫ, quare ⁊ hoc ſignans oratio non duplex, ſi ꝓo hoc, neqꝫ dicẽs nõne tuus, eſt duplex. Nã patet quomodo hic huius eſt, quare nõ dicitur multiplr huius ħ quãdo auferentes aliquod notũ eius quid eſt hac appellatione noiamus dico appellationem hoc. ſ. huius hoc, non enim Platonẽ ⁊ Ariſtonem per ſeipſos accipiẽs ⁊ interrogans, num hic huius eſt idem dicit cum hoc, nõne Plato filius eſt Ariſtonis, ⁊ non duplex hic eſt interrogatio, qa ſunt accepta ipſa nota quõmodo ſunt inuicẽ. Inſup illud, neqꝫ. n. ſi interduꝫ aliquid ab aliquo auferẽtale eſt, nõ. n. ħ hui' dr̃ multiplr ſi iterdũ ab aliq̃ auferẽtes ſignificamus appellatione hac huius ħ. Eteniꝫ dicẽtes da mihi dimidium verſus hoc iram pande dea, in virtute ſignificamus appellatiõe hac[huius ħ]. Si ergo duplex, nam hoc oportet ſubintelligere dicentes da mihi huius hoc. vꝫ. dimidium verſus, ceu hoc iraꝫ pande dea, ſignificamus illiadeꝫ. vꝫ. ſignificamus ꝙ des mihi dimidium illiadis, ſed non hoc ſignificamus, ſed in verbis his, nam ⁊ dimidium dicentes da mihi punctũ ſubſcribendum eſt in hoc da mihi, deinde ſubnectendũ eſt hoc illiadem ſignificamus. Eſt aũt talis geminatio verboꝝ, eteniꝫ dimidiũ verſus dicentes, vt iram pande dea illiadem ſignificamus, diceret autem ⁊ per idem, ſi omne huius hoc eſt duplex, ⁊ illud da mihi dimidium verſus duplex eſt, ⁊ hoc dicentes da mihi dimidium illiadis diceremus.

Eas vero, quę ad ipſum principaliter (hę autem vel qua, vel vbi, vel aliquo modo, vel ad aliquid dicuntur, ⁊ non ſimpliciter,) ſoluẽdũ eſt conſiderando concluſionem ad contradictionem. Si contingit bonum aliquid paſſus eſſe. Naꝫ contraria, ⁊ oppoſita, ⁊ affirmationem, ⁊ negationem ſimpliciter quidem impoſſibile eſt ineſſe eidem. Qua auteꝫ vtrũqꝫ vel ad aliquid, vel aliquo modo, aut hoc quidem qua, illud autem ſimplr, nihil prohibet. Quare ſi hoc quidem ſimpliciter, illud auteꝫ qua, nondum eſt redargutio. Hoc autẽ in concluſione conſiderandũ ad contradictionem.

Qui ſunt ob ipſm ꝑncipalr exponit, ꝑ ipſm, vel qua, vel vbi, vel qũo, nam qcũqꝫ ob ipſꝫ qua, vel vbi, vel qũo verum dicere, vel nõ verum dicere, ⁊ ſimplr vera ꝓferre, vel falſa, vel ineẽ, vel nõ ineẽ putãt, ob ipſum ꝓpter vel ꝑncipalr dictũ putãt. Nam ſimplr vnũ ⁊ idẽ ſimul albũ eſſe ⁊ non albũ eſt impoſſibile, ſed aliqualr non eſt impoſſibile, vt oculus aliqualr albus, ⁊ aliqualr nõ, ⁊ quo ad fodiẽtem parietes, vel fureꝫ bonũ infirmitas, ſimpliciter autẽ non bonũ, ⁊ aliquo modo non ens eſt, qa eſt opinabile, ſed ſimplr non eſt, illud autẽ. [Quare ſi hoc quideꝫ ſimplr, illud autẽ qua ſic redargutio] poteſt ⁊ de ethiope intelligi. Naꝫ ſi ſimplr ſm̃ carnis ſuperficieꝫ eſt nigredo, ſed ſm̃ dentes eſt albus, ꝯcludens ipſum albũ ⁊ non albũ non redarguit, nã poteſt ⁊ in his ſimpliciter quę nõ ſunt, nam ſi ſimplr eſt non ens, ⁊ partim ens velut opinabile, nam eius eſt opinio nõ quia eſt, ſed qa nõ eſt, ꝯcludens idẽ ⁊ eẽ ⁊ nõ eſſe non redarguit.

Sunt autem hmõi orones oẽs id hñtes, vt putas ne ꝯtingit qđ non eſt eẽ? Sꝫ eſt ne aliquid id qđ nõ eſt? Silr autẽ ⁊ qđ eſt, nõ erit? Nã non erit aliqd coꝝ, quę ſunt. Nũquid cõtingit eundem ſimul bene iurare, ⁊ peierare? Nunqd poſſibile eſt ſimul eidẽ ſuadere ⁊ diſſuadere? An neqꝫ eſſe qd, ⁊ eſſe idem. Quod enim nõ eſt, non ſi eſt quid, eſt ⁊ ſimplr. Et ſi bene iurat, id quidẽ, ⁊ qua neceſſe eſt bene iurare. Nam ⁊ qui iurat ſe peieraturũ eſſe peie-

rando

rādo bene iurat hoc ſolū. At non bene iurat. Neq; q diſſuadet, ſuadet, ſed ſm qd ſuadet.

Sophiſmata talia, nonne contingit non ens eſſe? nō, nonne non ens opinabile eſt? vtiq; igitur non ens eſt. Nam illud, ſed eſt ne aliquid qd̄ non eſt, tāquā ęquale eſt huic, ſed non ens eſt aliquid vt opinabile, rurſus ens concludunt non eſſe ſic, ſi eſt ens, vel homo eſt, vel equus, vel bos, vel aliquid talium, ſed nihil horum eſt, quare neq; eſt, non igitur eſt ens, rurſus nonne contingit eundem ſimul bene iurare ⁊ periurare, ſed iurans periurare periurauit, quare bene iurauit. Nam dixit verum faciens ꝙ facere iurauit, naꝫ iurans peierare ſe periurauit, idem igitur ſimul periurauit ⁊ bene iurauit. Rurſus nonne concedis eundem ſimul eidem perſuadere ⁊ diſſuadere? non, ſed qui perſuadet geometrę latus eſſe incommenſurabile, diſſuadet autem commenſurabile eſſe, ⁊ perſuadet maioreꝫ eſſe ſolem terra, diſſuadet autem eſſe minorem eadem, idem igitur eidem perſuadet ⁊ diſſuadet, ſed ponens ſophiſmata breuiter ſoluit ipſa dicendo, vel neq; eſſe aliquid idem, ideſt non idem eſt dicere non ens ꝙ eſt aliquid vt opinabile, ⁊ ſimpliciter ꝙ eſt. Nam ſi aliquid ens idem erat cum hoc ſimpliciter ente, erat etiam non ens ipſum ens, quia autem alterum non erit non ens ipſum ens. Soluit autem plane ⁊ ipſuꝫ ſimul periurare ⁊ bene iurare dicendo, niſi hoc ſolum, bene iurat aut non, quod ęquale eſt huic ſimpliciter quidem non bene iurat, ſed hoc ſolum, quod iurans iurauit ſe peieraturum, quare ſm hoc ſolum, ſimpliciter autem non bene iurat, ſed hoc ſolum ꝙ iurans ſe peieraturum periurauit, quare ſm hoc ſolum, ſed ſimpliciter non bene iurat, quare non ſimpliciter periurans bene iurat, ſed aliqualiter. Item nec diſſuadēs ſimpliciter ſuadet, ſed ſm quid perſuadet. Nam ſimpliciter ſuadens verum de quo ⁊ perſuadet vere dicitur, nam veris credens ⁊ hęc perſuadens proprie perſuadet, ſed diſſuadet falſum, ⁊ eſt aliud quidem ꝙ perſuadet, ⁊ aliud ꝙ diſſuadet.

Similis autem oratio eſt ⁊ de eo, quod eſt mentiri eundem/ſimul ⁊ verum dicere. Verum quia non eſt facile inſpicere, vtrum qs aſſignet ſimpliciter verum dicere, vel mentiri, difficile apparet. Prohibet autem nihil eundem ſimpliciter quidem mentiri, quo autem verum dicere. Aut aliqueꝫ ſm quid verum dicere, verum autem non. Similiter autem ⁊ in ad aliquid, ⁊ vbi, ⁊ quādo. Omnes enim huiuſmodi orationes propter id accidunt. Putas ne ſanitas vel diuitię bonum? Attamen inſipienti, ⁊ non recte vtenti non bonum. igitur bonum ⁊ non bonum. Eſt ne ſanum eſſe, vel in ciuitate poteſtatem habere, bonum? Veruntamen eſt quādoq; non bonum. idem igitur eidem bonū, ⁊ non bonum. An nihil prohibet, quod ſimpliciter eſt bonū, huic non eſſe bonum. Aut huic quidem bonum, non tamen nunc, vel non hoc in loco bonum. Putas ne quod nō vult ſapiens, malum? Amittere autem non vult bonum. Malum igitur bonum. Non enim idem eſt dicere malum eſt bonum, ⁊ amittere bonum.

Sophiſma ob ipſum ſimul falſum dicere, ⁊ verum, ⁊ interrogat, ⁊ concludit in illis in quibus ſimiliter inſunt oppoſita. Hęc autem ſunt, quorum aliud eſt dimidium album, ⁊ aliud dimidium nigrum, ceu in oculo ſe habere intuemur, ſed deductio ſophiſmatis talis eſt, nonne contingit eundem ſimul mentiri ⁊ verum dicere? non, deinde inducit atqui dicēs oculum album mentitur, ſed etiam verum dicit. Nam ſimul eſt albus ⁊ non albus. Dicit autem ⁊ huius eandem eſſe ſolutionem, ſed propter non eſſe bene conſiderabile, ⁊ maxime in quibus oppoſita ſimiliter inſunt. Verum oportet dicere, igitur dicendi verum, vel mentiendi difficultatem prębet, ſed nihil prohibet eundem ſimpliciter non eſſe vera, ⁊ aliqualiter falſa, vt de ethiope, ⁊ non ente. Nam dicens ethiopem nigrum ſimpliciter quidem eſt vera oratio, ſed partim ⁊ aliqualiter falſa, ſed illa dicens eundem album, ſimpliciter quidem falſa eſt, ſed aliquo modo vera. Illud autem. Aut ſm quid dicit de eo ꝙ eſt dimidium album, ⁊ dimidium non album. Nam hęc neq; ſimpliciter eſt vera, ſed aliqualiter falſa, neq; econtra ſimpliciter falſa, ⁊ aliqualiter vera, ſed ſm aliquod videlicet ęqualiter ⁊ falſa ⁊ vera, poteſt etiam vt illud cuius vel quid poni ex numero eorum quę ſunt geminatis vocabulis equiſq; ſignificata. Nam partim mentiens, vel verum dicens ſm quid mentitur, vel verum dicit ⁊ non ſimpliciter. Illud autem ⁊ eſſe quędam vera, ⁊ quędam vera non ęquale eſt huic eſſe ſm quid vera, ſed ſimpliciter non vera. Nam ſcd̄m quid verum dicens oratio quo ad aliquid eſt vera, ⁊ non ſimpliciter. Poteſt autem aliquis ⁊ ſic interrogatum ſophiſma intelligere, nonne contingit eundem ſimul mentiri ⁊ verum dicere? non. ſed dicens ego mentior ſimul ⁊ mentitur ⁊ verum dicit, igitur falſum hoc non contingit eundem ſimul ⁊ verum dicere ⁊ mētiri, ſed deinceps poſita ſophiſmata plana ſunt ⁊ plurima horum exempla ſunt etiam in topicis.

Similiter autem ⁊ furis oratio, non eniꝫ ſi malum eſt fur, etiam accipere eſt maluꝫ. Ergo vult malum, ſed potius bonum. Naꝫ accipere bonum eſt. Et ęgritudo malum eſt, ſꝫ non amittere ęgritudinem maluꝫ. Putas ne iuſtuꝫ iniuſto, ⁊ quod iuſte eo/quod iniuſte magis eligendum eſt? ſed mori iniuſte magis eſt eligendum. Putas ne iuſtum eſt ſua habere quęq;? quę autem aliquis iudicabit ſm opinionem ſuaꝫ (⁊ ſi ſit falſa,) ſua ſunt ex lege. Idem igitur iuſtum, ⁊ iniuſtū. Et vtrū oportet iudicare eum, qui iuſta dicit/an qui iniuſta? at vo ⁊ eum, qui iniuriaꝫ paſſus eſt,

iuſtum eſt abunde dicere, quę paſſus eſt. Ea autem erant iniuſta. Non enim ſi pati aliqd iniuſte eligendum, id quod eſt iniuſte, eligibilius q̃ quod iuſte, ſed ſimpliciter quidem quod iuſte. Scd̄m hoc autē nihil prohibet iniuſte q̃ iuſte. Et habere ſua quęq; iuſtū, aliena autem non iuſtum. Iudicium ꝟo hoc iuſtum eſſe, nihil prohibet, vt quod ſit ſm opinionem iudicantis. Non enim ſi iuſtum eſt hoc modo, vel huic. ⁊ ſimpliciter iuſtum eſt.

¶ Sic enim ⁊ ſolutio quam ipſe inducit ⁊ ſubſcribit, plana erit, eſt autē deductio paralogiſmi talis, nonne vult aliquis ſuiipſius malum? non. Num rapere aliena malum? vtiq;, ſed vult fur aliena rapere, vtiq; igitur ſuiipſius malum vult. Hic autem ſumptū eſt accipere pro rapere aliena in quibus dicit. Non enim ſi malum eſt fur, ⁊ accipere eſt malum. Illud autem ꝙ malum eſt rapere aliena probabant ſophiſte oſtendentes malum furem, oſtendebant autem ipſum malum ex diffinitione furis quam ipſe dixit orationem furis. Naꝫ ſi fur eſt (inquiunt) volens aliena clam accipere, hoc autē eſt malum, ⁊ fur igitur malum, quare ⁊ rapere aliena eſt malum, quare vult fur ſuiipſius malum. Hoc ſoluēs Ariſtoteles induxit hoc, non enim ſi malum eſt fur, ⁊ accipere eſt malum virtute dicens. Non enim ſi maluꝫ eſt fur, ⁊ aliena rapere vt malum vult, ſed vt bonum. Naꝫ omne quod aliquis appetit vt bonum appetit, ⁊ ſi malum eſt, quare ⁊ fur non vt malum, ſed vt bonum vult aliena rapere, non igitur ſuiipſius malum vult. Quod autem aliena accipere bona non ſit malum accipienti, neq; vt mala ſtudet accipere, ſed vt ſuiipſius bona, ꝓbauit per amiſſionē malorum virtute dicens, vt amittere morbum quāq; malum ſit, non eſt malum, ſic neq; accipere res pecuniaſq; bonas alienas malum eſt accipienti. Nam ſi quorum amiſſio vt in Topicis dictum eſt, malum eſt, horum acceptio eſt bonum, ſed amiſſio pecuniarum eſt malum, igitur acceptio eſt bonum, igiť rapere aliena eſt bonum. Sed dicendum eſt ad hoc, ꝙ non omnis acceptio eſt bonum, ſed talis, ſed deinceps ſophiſma tale eſt, ſi mori iniuſte eligibilius eſt q̃ ipſum mori iuſte, vt etiam Socrates ad dicentem o Socrates iniuſte morieris, dixit, tu igitur volebas me iuſte mori. Nam qui iuſte moritur, vel vt homicida, vel prauus h̄ fert, ſed qui iniuſte patitur eſt iuſtus, vt etiaꝫ Socrates. Si ergo iniuſte inquiunt ſophiſte, mori eligibilius eſt q̃ iuſte mori ⁊ iniuſtum eſt eligibilius iuſto. Sed ſolutionem huius ſophiſmatis deſcendendo infra dicet, ⁊ cō cludentis ſophiſmatis idem eſſe iuſtum ⁊ iniuſtuꝫ paulo poſt deductionem exponemus aperte, ſꝫ opus eſt ad explicationem prius dicti mentionem facere de eo ꝙ dicitur in quinto Ethicorum, quod quidem eſt aliud eē natura iuſtum, ⁊ aliud ſm opinionē iudicantis, ⁊ aliud ſm inſtitutionem iuſtumq; legis, quare contingit idem eſſe iuſtum ⁊ iniuſtum. Nam ſm legem iuſtum non neceſſe eſt (vt inquit) vel opinione iudicantis iuſtum eſſe, ſed contingit quidem taq; ad naturam eſſe iniuſtum, ſꝫ quatenus factum eſt, vt leges mandant iuſtum eſſe, vt etiam Callicles in Gorgia Platonis ad Socratem dicit, quod qs hoc ſm leges diceret, tu tráſfer ad id ſm naturá, ſi ꝟo aliquis id ſm naturam diceret, tu ꝟo ſm legeꝫ infer, ⁊ ſic perturbas ⁊ confundis diſputationes. Sic igitur iuſto trifariam diuiſo plures occaſiones paralogiſmorum hinc cauillantibus ⁊ ſophiſtis dantur, vt etiam impręſentia. Nam dicebant, nonne iuſtum eſt vnumquęq; ſua habere, ⁊ iniuſtuꝫ aliena. Vel ſic an aliquando dicimus eſſe iuſtum ⁊ iudicium iuſtum. Ná iuſtum pro iuſto ſumptum eſt táquá nil differat, ſed num vnuſquiſq; iudicatorum habet ſua, quę decet ipſuꝫ habere? vtiq;, iniuſtum autem ⁊ iniuſtum iudicium, nōne illud eſt qđ poſſidet aliena ⁊ non eſt dńs, ita. deinde inducebant, ſed qui habet pecunias huius accipiēs, ⁊ quatenus quidem ex lege vel ⁊ opinione iudicis accepit. Nam hoc deeſt, quatenus igitur ex his accepit ſua habet, illud ꝟo ſua habere ponitur iuſtum eſſe, ſi ꝟo iuſte ſe habet, iudicium iuſtum eſt. Nam ſm leges habet, ſꝫ quatenus rurſus fuerant priuati iniuſtum iudicium eſt, igitur idem iuſtum ⁊ iniuſtum, ceu ſi quis calumniator ⁊ proditor accepit domum, vel agrum Platonis quem poſſedit mercedem ⁊ tributorum Platonis exigens dicens non eſſe Platonis ſed ſua, ⁊ iudex iudicauit iurare Platoneꝫ, vt ſiat dominus agri ⁊ domus, ⁊ Plato ꝙ cauet iuramento ſicut calūniatorem habere ſua, ſic calūniator ſua habet. Nam quę a lege quis habuit velut rata accepit, ſed rata hēe ponitur iuſtum eſſe, quare iuſtuꝫ iudicium eſt, ſed natura eſt iniuſtum. Naꝫ natura iuſti eſt non ad iuramenta remittere Platonem, ſed illuꝫ aduerſarium veluti execrandum ⁊ calumniatorem reuelare ⁊ tradere Platoni ſua, idem igitur iudicium iuſtum ⁊ iniuſtum, ⁊ idem iuſtum eſt ⁊ iniuſtum. Hęc eſt deductio ſophiſmatis, ſed ſm verba hęc [ſua ſunt quę ex lege, additur] ꝙ lex erat, iudicium eſſe ratum, quandoquidem quis iudicaret ſm ſuam opinionem, ⁊ ſi falſum iudiciuꝫ ratum ex lege. Nam ⁊ ſi iniuſtum eſt iudicium, tamen ſm opinionem ſuam eſt iuſtum, ſed iudicauit ratum eſſe ⁊ iudicium dicit lex, igitur ſophiſmatis deductionem ⁊ ſolutionem diximus, ſed quę dicit per verba hęc ſunt. Quę quis iudicaret ſm opinionem ſuam, ⁊ ſi falſum ſit iudicium, ⁊ ſi iniuſtum iudicium ratum ⁊ maxime authoritatis eſt ex lege. Nam erat lex Athenienſibus iudicia iam promulgata pręcipue authoritatis ⁊ rata eſſe, ⁊ hoc manifeſtum fecit etiam in Critone Platonis Socrates. Nam in illis dicit Socrates quid dicemus ad hęc o Crito ⁊ alia huiuſmodi. Nam plura quis habet dicere, pręſertiꝫ orator pro lege hac ſoluta dicēs quę quidem iudicia publico iudicio lata iubet rata eē, ſed in iudicando oportet dicentem prius afferre ea quę iniuſta vel iuſta ſunt, equidem iudicare cōmune eſt ipſi condemnare ⁊ condēnationē ſuggerere. Ná aiunt par eſſe vt petat ꝯdēnationē qui dicit iuſta vel iniuſta. Nam cum dicat reſpondens ꝙ condemnandus eſt qui iniuſta dicit inducebant de ipſo qui iniuriá paſſus eſt dicentes, hic autem iniuſta dicit. Nam quę paſſus eſt illa narrat ⁊ dicit, ſed paſſus eſt iniuſta, igitur iniuſta dicit, quare ſi iudicandus condemnanduſq; eſt qui iniuſta dicit, hic autem iniuſta dicit, oportet igitur hunc condemnare, hic autem eſt ille qui iniuria eſt affectus, oportet igitur iniuria affectum condemnare, ſcilicet iuſtum efficere iniuſtum. Illud autē.] At ꝟo cum qui iniuriam

iuriam paſſus eſt, iuſtum eſt abunde dicere, quę paſſus eſt] vt cauſa inductum eſt huius, ſcilicet ꝙ iniuria affectus dicit iniuſta. Nam inquiunt ſophiſtę dicere iuſtum eum qui iniuria eſt affectus cum dicat ea quę paſſus eſt, equidem paſſus eſt, iniuſta igitur dicit. Hactenus poſita ſunt ſola ſophiſmata, ſed dehinc ſolutiones ipſorum adducit, eſt autem ea quem nunc dicit in hoc ſic. Non enim ſi pati hunc iniuſte eligibile eſt, ⁊ ipſius iniuſte eligibilius eſt ipſo iuſte, ꝙ quidem eſt ſolutio dicentis ſophiſmatis, ſi iniuſte mori eligibilius eſt ipſo iuſte, ⁊ iniuſtum eſt eligibilius iuſto. Eſto autem ꝙ dicit, non enim ſi mori iniuſte, vel proſus pati aliquid iniuſte eligibile eſt, ⁊ ſimpliciter ipſum iniuſte eligibilius eſt ipſo iuſte, ſed ſimpliciter quidem eligibilius eſt ipſum iuſte ⁊ iuſtuꝫ, hoc tamen nihil prohibet iniuſte vel iuſte. ideſt hic tamen nihil prohibet iniuſte mori eligibilius eſſe iuſte mori. Non enim ſi aliquando eſt eligibilius, vel ad aliquid ⁊ ſimpliciter dictum ſic eligibilius eſt. Item illud. Et habere ſua quęque, aliena autem non iuſtum, ſolutio eſt huius ſophiſmatis ſtatuentis iuſtum eſſe quęque ſua habere. Dicit autem verum eſſe iuſtum dicere ſua habere ⁊ iniuſtum aliena, iudicium tamen eſt ⁊ ſi falſum, ideſt ⁊ ſi peccaret inſpiciens ad iuſtum naturę, tamen nihil prohibet dicere iuſtū eſſe, quia ſm mādatum legum terminatum eſt, ⁊ plura quideꝫ ſunt quę videntur iniuſta, quia non ſm leges procedunt, iuſta tamen ſunt natura, ⁊ plura econtra iuſta, quia legitime in reqꝫ terminata ſunt, ſed iniuſta ſunt natura. Non enim inquit. ſi iuſtum hoc aliqualiter, vel ſic, etiam ſimpliciter iuſtum, ideſt/non enim ſi lex iuſtum dicit hoc cōtrarium iudicauit ſophiſta reſpiciens ad iuſtū natura ⁊ ſimpliciter illud dictum a lege iuſtuꝫ eſt, ⁊ illud ſm opinionem iudicis iniuſtum, ſed cōtingit etiā econtra.

Similiter autem, ⁊ quę iniuſta ſunt, nihil prohibet dicere ea/iuſtum eſſe. Non enim ſi dicere iuſtum eſt, neceſſe eſt iuſta eſſe. Sicut nec ſi eſt vtile dicere, vtilia. Similiter autem ⁊ in iniuſtis, quare non ſi quę dicuntur ſunt iniuſta, qui dicit iniuſta, conuincitur. Dicit enim quę dicere eſt iuſtum. Simpliciter autem ⁊ pati, iniuſtum.

Hoc ſolutio eſt vltimi ſophiſmatis dicentis vtrum oporteat condemnare dicentem iniuſta, vel dicentem iuſta. Eſt autem talis. Nihil inquit, prohibet cum ſint ea quę dicuntur, iniuſta eadem dicere iuſta eſſe. Illud autem. [Non enim ſi dicere iuſtum eſt, neceſſe eſt iuſta eſſe] econtrario modo ſe habere mihi videtur dictis. Nam oportebat, vt puto ſic dicere, non enim neceſſe eſt iniuſta eſſe, quia iuſtum eſt dicere eadeꝫ, quę ⁊ paſſus eſt aliquis iniuſte, ⁊ non neceſſe eſt iniuſta dicere, vel erit dicēs ꝙ nō neceſſe eſt ꝯdēnare eū q dicit iniuſta. Nō. n. ſi iuſtū eſt dicere, quę qs paſſus eſt, neceſſe eſt etiam dicta iuſta eſſe. Nam quia aliquo modo ſunt ſignificatiua iniuſtorum vel inſinuatiua. Eſt igitur (vt aptius dicamus) ꝙ dicit tale, ꝙ non neceſſe eſt iniuſtum eſſe, quia iuſtum eſt dicere ipſa. Nam quę paſſus eſt, illa iniuſta dicit ⁊ iuſta eadem ſunt dictu, quare nō oportet affectum iniuria condemnare, quoniam dicit quę ſunt iuſta dici, ſunt tamen iniuſta quatenus paſſus eſt eadem, vt autem nō oportet ſi vtiles ſunt dictu morbi mortales, vel nocui vt homo fugiat, erunt etiaꝫ vtilia talia. Nam hęc ſunt natura nociua ⁊ mortalia atqꝫ inutilia, ſed vtilia ſunt dictu vt etiam iniuſtis, non enim ſi hoc eſt iuſtum dici, neceſſe etiam eſt iuſtum eſſe, quare ſi quę dicit iniuria affectus iuſta ſunt dictu, quāqꝫ iniuſta ſint, aſſumet victoriam. Ex hoc autem patet dicentē non omnia iniuſta vincere, ſed dicentem quę paſſus eſt iniuſta cum ſint dictu iuſta. Nam hoc concludebant ſophiſtę interrogantes ſic, nōne oportet dicentem iniuſta cōdēnare, vel dicentē iuſta, ⁊ accipientes ex reſpondente eum qui iniuſta dicit, ⁊ introducentes quēdaꝫ iniuria affectuꝫ ⁊ dicētes, ſed ⁊ is iniuſta dicit, nā quę paſſus eſt dicit, cōcluſerunt ⁊ reliquū dicentes eſſe vt iniuria affectus ſit cōdēnandus, nam quę iniuria paſſus eſt dicit, ſꝫ etiam iuſte dicit, nam iuſta ſunt dictu, eſt igitur vincere dicētem iniuſta, ad quod occurrens Ariſto. inquit, q̄re non ſi dicta iniuſta ⁊ omnis dicens iniuſta vincere dicitur, ſed dicens quę dicere eſt iuſtū, ſimplr autē ⁊ pati iniuſta, reliquum eſt ⁊ hunc iniuſta dicētem quę ſunt iuſta dictu, non eſſe cōdēnandum, naꝫ dicit quę dictu ſunt iuſta, ſed quo ad pati iniuſta. Equale igitur eſt hoc [ſimilr autem ⁊ iniuſtis] huic, ſimiliter autem neqꝫ ſi dicit aliqs iuſta, neceſſe eſt iuſta dicere, non enꝫ ſi iniuria affectus dicens ꝙ iniuria ſit affectus iniuſta dicit, nam quę paſſus eſt cū ſint iniuſta dicit, qm ⁊o iniuria eſt afficiēs aliquem. videlicet dicens non iniuriaꝫ intuliſſe iuſta dicit, hoc autē non iniuriam inferre iuſtū eſt, ⁊ hoc dicit, igit̄ iuſtum dicit, ſed non ſi iuſta dicit ⁊ ſimplr iuſta ſunt quę dicit, nā falſa ſunt, quare ſi quę dicit iniuria affectus iuſta ſunt dictu, quāqꝫ iniuſta ſint victoriā ſumet, nam iuſtum eſt dicere quę dicit, ⁊ quatenus ſunt iuſta dictu iuſta ſunt, lꝫ aliter ſit iniuſta, nā ſint īſinuatiua iniuſtoꝝ.

Vis autem/quę propter definitionem fiūt redargutiones (quemadmodum dictum eſt prius) obſiſtendum conſiderantibus concluſionem ad contradictionem, vt ſit ad idem/⁊ ſm idem/⁊ ad idem, ⁊ ſimiliter, ⁊ in eodem tempore. Sed ſi in principio interroget, non confitendum (quoniam impoſſibile eſt idē eſſe duplum ⁊ non duplum) ſed dicendū nō ſic, vt forte ſit redarguere confitenteꝫ. Sunt autem omnes hę orationes propter hoc, putas ne qui nouit vnumquodqꝫ/quoniā vnūquodqꝫ cognouit rem, ⁊ qui ignorat ſimiliter. Cognoſcens autem quis coriſcum, quoniam coriſcus, ignorabit vtiqꝫ, quoniam muſicus, quare idem ſcit, ⁊ ignorat. Preterea etiam putas ne quadricubitum tricubito maius? Fieri enim poteſt ex tricubito quadricubitum ſm longitudinem. Maius autem minore maius. idem igitur eodem ſm idem maius, ⁊ minus.

Quę ſit diffinitio elenchi redargutioniſue, ⁊ quid eſt vnumquodqꝫ poſitorum in ipſa, ⁊ qui ſint paralogiſmi ob diffinitionem elenchi facti iam aſſignauit ipſe Ariſtoteles optime initio propoſiti operis, ⁊ nos ſatis dixímus vnūqōdqꝫ eoꝝ quę ponunt̄ in diffōne ipſi⁹ hī diſcernētes ⁊ explicantes, ⁊ ſuperuacaneū eſt, rurſus ad eadē reuerſos ipſa dicere. Reliquum igit̄ eſt vt illam partē hic

exacte videamus, quę a nobis nõ inquiſita ⁊ tracta fuit. eſt autem illud. [Si quis aũt in principio interroget.] eſt igitur cõtextus trãſgreſſus ⁊ non directe poſitus, ſi ergo ſic aſſumptũ fuit, eẽt planũ dictũ, ⁊ ſi in principio q̃s interroget, vt nõne impoſſe idem eẽ duplũ ⁊ nõ duplũ, nõ cõcedẽdũ. Eſt aũt tale ꝙ dicit, ſi (inq̃t) diceret aliq̃s nõne impoſſibile idem eſſe duplum ⁊ non duplum non fatẽdum impoſſibile, ſed dicẽdum ipſum vtiq̃, nõ tamẽ ſic, ideſt ad idem. Nam hoc eſt proprie redargutio, ſed ad aliud ⁊ aliud, naʒ quatuor ⁊ dupla ſunt ad duo ⁊ nõ dupla ad tria, ſʒ poſita ſophiſmata plana ſunt ⁊ nulla egẽt contemplatione.

Illas autẽ/ quę ſunt, ꝓpter ea quia ſumũt atq̃ petunt, qđ in principio eſt, ſi interrogato, quidem ſit manifeſtum, non dandum, neq̃ ſi probabile ſit dicentem verum dicere. Si autem lateat, ignorantiaʒ ob vitioſitatem taliũ orationum/ ad interrogantem retorquẽdum, tanq̃ non redarguentem. Nam redargutio ſine eo eſt, qđ eſt in principio. Deinde, qm̃ datũ eſt, non vt eo vtereẽ, ſed vt ad illud ſyllogizaret ɔ̃triũ, vt in ſemotis redargutionibus.

Inquit eas petere ⁊ aſſumere ob id qđ eſt in principio ſi erit manifeſtum, quia in principio eſt petere, non eniʒ ſemper manifeſtum eſt quãdo ipſum per ſe acceptũ eẽt, ⁊ dictum eſt quando eſt manifeſtum, ⁊ quando imanifeſtum in 2° Prioruʒ reſolutoriorum, ⁊ in 8° Topicoꝝ. Proinde inquit. [Si manifeſtum ſit non dandũ] ſed dicendum ꝙ in principio petis, neq̃ igitur ſic dare oportet, neq̃ quando probabile fuerit dicentem verũ. Eſſet autem quando tu reſponderes dares verum, quãdoq̃dem interrogans interroget ꝓbabile illud qđ cõfert ſibi ad oſtẽdendum cõtrarium vere poſitioni. Naʒ nihil prohibet per quęđaʒ ꝓbabilia demõſtrare non aĩal, vt librum, vel quippiaʒ aliud animal tale, porro tale ⁊ ſi ꝓbabile (inq̃t) eſt, tamẽ non dandum, vel erit dicens per hoc neq̃ quãdo ꝓbabile fuerit dicentem verum dicere, quod ⁊ ſi videatur nõ accipere id qđ eſt in principio, ſed ꝙ reuera in principio petit non dandum eſt dicentem verum. ideſt ſed dicendum ad ipſum veruʒ eſt. Eſt autem verum ꝙ opʒ ad interrogantem dicere ꝙ videtur non in principio ſumere, ſed reuera interrogans ꝙ oportebat cõcludi petis. Quod ṽo aliquis poſſit ſumere in principio ⁊ non videri ſumere, quãdo pro noĩe nomen vel orationem, ⁊ pro oratione nomẽ acciperet dictum eſt, quẽadmodum dixi in reſolutorijs ⁊ topicis. Si ergo ſit manifeſtuʒ, ꝙ in principio petit ſic reſpondẽdũ eſt, ſi ṽo lateat, quia praue interrogat tales orationes retorquẽdum eſt peccatum ad interrogãteʒ, nobis dicentibus ꝙ ipſum non redarguere, ꝙ ſi non redarguit, manifeſtum eſt etiam ꝙ non arguit. Nam redargutio eſt quando ſyllogiſmum aliquis faciens oppoſitum oſtẽderet, neq̃ petẽdo in principio, neq̃ ad aliquid, neq̃ ad aliud, ⁊ quęcũq̃ alia de diffinitione redargutionis dicta ſunt. Deinde inquit dicendum eſt ꝙ datum eſt nõ vt eo vtetur ꝙ ſibi datum eſt, vt in propoſitione, ſed datum eſt, vt problema vt contra ipſuʒ ratiocinatur. i. vt accipias propoſitionem qui ratiocinatur oſtendẽdo cõtrarium, tu ṽo vt propoſitiõe vtens vna ratiocinare cõcluſum. Nam ſi daretur ipſi ꝙ voluptas eſt ſm naturaʒ, ⁊ ipſe aũt pro hoc ſimul ratiocinaretur ꝙ voluptas cinedorum eſt bonum, oportet nos dicere non velut ꝓpoſitionem dictum feciſſe ei ꝙ voluptas ſit ſm naturã, ſed velut problema, ⁊ vniuerſalr̃ inquit oportet reſpondentes cõtrarium facere redarguentibus, nam ibi poſitis quibuſdaʒ, ⁊ inducta concluſione inq̃t. concedendũ eſſe ſic ſe habere, non tamẽ ꝙ volumus oſtendere, ſed per ipſum tanq̃ ꝓpter propoſitioneʒ aliud quid. hoc igitur accipiens demõſtra aliud quid per ipſum.

Et ꝓpter cõſequens accidentes in ipſa oratione mõſtrandũʒ eſt. Quoniã duplex eſt ſequẽtium ꝯſequentia, aut enim vt particulare ſequitur vle, vt hoiem animal. (poſtulant. n. ſi hoc cum illo, ⁊ illud eſſe cum hoc) aut ſm oppoſitiones. Naʒ ſi huic eſt illud ꝯſequẽs, ⁊ oppoſito oppoſitum. Propter qđ ⁊ Melliſſi oratio eſt, nam ſi qđ genitum eſt, hʒ principium, qđ non genitum eſt/ poſtulat non habere principium. Quare ſi non genitum eſt cęlum, ⁊ infinitum. Id autem non eſt. econuerſo enim conſequentia eſt.

Eſt autem duplex ſequentiũ illatio ⁊ cõſequutio, ſyllogiſmos autem ꝓpter cõſequens dicit eos qui ſunt accidentes ob ſequens. Inq̃t igitur vt in eadem oratione, ideſt ſyllo, oſtendendum eſt ꝙ ſophiſma ob ſequens accidit, videlicet ob ipſum non conuertere, non enim ſi h̃ ſequitur hoc ⁊ ecõtra hoc ſequitur neceſſario, illud. nõ enim ſi mel ſequitur flauum ⁊ econtra flauum ſequitur mel. Naʒ dixit vniuerſalr̃ ſequens, vt flauum, ſed particulariter hoc ſequitur ſequens, ſcilicet mel, ſit autem ſophiſma ob ſequens ⁊ in acceptis ſm oppoſitionem, nõ enim ſi oppoſito oppoſitum/ ⁊ oppoſito oppoſitum, ꝓpter quod factuʒ eſt etiam ſophiſma Melliſſi hoc ſi factum habet principium, ⁊ non factum ꝙ ingenitum dixit principiuʒ non habet, factuʒ eſt igitur ſophiſma, q̃a non eſt exacta ⁊ certa conuerſio cum contrapoſitione, nam ſic oportebat dicere, ſi factum principium habet, ꝙ non habet principium non eſt factum, ſed de hoc cõuerſione plura quidem ⁊ in conſideratis noſtris in phyſicis diximus, ſed hoc modo a ꝓncipio ingrẽtes nõ pauca ⁊ ſuperuacaneũ eſt rurſus idem dicere. *Vide libro Priorum.*

Et quęcũq̃ ſyllogizant ex eo quia aliquid additur, conſiderando (ſi eo ſublato) accidit nihil minus impoſſibile. Deinde manifeſtãdum, ⁊ dicendum, quoniam dedit, non ꝙ videretur, ſed vt eſſet ad orationem. Quo ṽo vſus eſt, nihil ad orationem.

Et ratiocinari inq̃t. eos qui ponunt non cauſaʒ vt cauſam, quia additur aliquid qui erat ſextus modus paralogiſmoruʒ extra dictioneʒ, ſed quomodo ſublato eo ꝓpter quod dicitur fieri impoſſibile, rurſus nihil minus impoſſibile manet dictuʒ eſt prius, quando verba expoſuimus, quę ipſe poſuit in tali paralogiſmoruʒ ſpecie. Sũt autem hęc verba, ꝙ non eſt anima ⁊ vita idem. Naʒ ſi lationi generatio contrarium, ⁊ cętera in dictione ⁊ cõtextu poſita. Et non opus eſt nobis rurſum per exẽpluʒ aperire ꝙ nos moneat, eſt auferre illđ ꝓpter qđ accidit impoſſe ⁊ indicare ꝙ ⁊ h̃ ſublato impoſſibile manet, q̃re non ob idem, ⁊ ſcias ꝙ hic modus idem eſt cum eo non ob idem. Dixit autem de ipſo, ſcilicet non ob idem

in ſcđo

in ſcdo Prioꝝ reſolutorioꝝ, vt etiam de ipſo petere in principio. Sed dicẽs ꝙ manifeſtandũ eſt, ſubiungit, ⁊ dicendi quoniam dedi, non ꝙ mihi videt̃, ſed gratia orationis, ne indignari ⁊ contẽdere videar. Naꝫ ſciens ipſuꝫ nullo pacto eſſe ad orationem neqꝫ cauſam ipſius dedi. Tu ꝟo vtere hoc tanquã exiſtente ad orationem ⁊ proprie orationi inexiſtente. Sed complementũ contextus huius ſcilicet. [Quo ꝟo vſus eſt nihil ad orationez] tale eſt. Tu autez vtere ad orationem ⁊ velut proprio exiſtẽ ti problematis nihil exiſtente ad orationem.

¶ Ad eas autem, quę plures interrogationes vnam faciunt, ſtatim in principio determinandum eſt. Nam interrogatio vna eſt, ad quam vna reſponſio eſt. Quare neqꝫ plura de vno, neqꝫ vnum de pluribus, ſed vnum de vno affirmandum vel negandum. Sicut autem in ęquiuocis quãdoqꝫ quidem ambobus, quandoqꝫ neutri ineſt, (quare cuꝫ non ſimplex eſt interrogatio, ſimpliciter reſpõdentibus nihil accidit pati) ſimiliter ⁊ in his. Quando igitur plura vni, vel vnum pluribus ineſt, vel nõ ineſt, ſimpliciter danti ⁊ hoc pacto delinquenti nihil contrarium accidit.

¶ Eos autem qui ad plures interrogationes vnuꝫ faciũt paralogiſmos inquit oportere ſtatim in principio determinare ⁊ occurrere dicentes ꝙ plura interrogata, ⁊ nõ oportet vel dare, vel negare, ſed ipſum idem manifeſtũ facere, ꝙ plures interrogationes velut vnã proponunt, ꝙ non eſt artificioſum. Nunc autem per ea quę inducit, hoc dicit, ꝙ ſępe autem non ſimpliciter exiſtente interrogatione dantem aliquem ſimplicem reſpõſionem nihil accidit ipſum peccare. Naꝫ vt inquit in ęquiuocis, aliquando ambobus, aliquando vtriſqꝫ ineſt. Nam cum Aiaces ſint ęquiuoci ineſt ambobus petere ad Ilium, ⁊ neutri ſingulari pugna pugnare cum Therſite, quare in his quãuis ęquiuoca ſint dandum eſt, vel ita, vel non, vt nunquid Aiax duxit exercitum in Ilium: ita. Nam conuenit duobus, ſed num cum Therſite ſingulari pugna pugnauit: non. Nam nullus horum cum Therſite congreſſus eſt nec collocutus. ¶ Sed quomõ hęc non pugnant cum prius dictis quãdo dixit, ꝙ ⁊ ſi vera fuerit interrogatio ⁊ eſt multipliciter dictorum, non danduꝫ eſt ita vel non. ¶ Vel ꝫ non pugnãt cum illis. eſt enim qđ nunc dicit, qđ ſi daretur ⁊ ſi non daretur in his quę multipliciter dicuntur nihil accidit redargui. Nam quia petere ad Troiam de ambobus Aiacibus verificatur, ſi quis nos rogaret an Aiax in Troiam Iliumqꝫ mi ſtauit, ſi diceremus, ꝙ ita, non redargueremur. Similiter an cum Therſite ſingulari pugna pugnauit, ſi quidem dixerimus nõ, ſane, nihil graue perſuadebimus. Et ꝙ hoc ſit quod dicit, compertum fecit dicendo per ea quę deinceps ſubdit. [Quando igitur plura vni, vel vnum pluribus ineſt.] Vnum quidem pluribus petere in illiuꝫ ineſt Aiaci, ſꝫ magis Aiacibus. Plura ꝟo vni vt coriſco ineſt album ⁊ muſicum, ſi ergo aliquis interrogaret an coriſcus muſicus ⁊ albus eſt, dicens vtrūqꝫ nullo pacto redargueretur quãqꝫ peccauerit dando ipſuꝫ vtrūqꝫ. Non eniꝫ oportet in his quę multipliciter dicũtur ſimpliciter aſſerere vel negare.

Dubitatio optima.

¶ Quando autem hoc quidem fuerit, illud autem nõ, aut plura de pluribus. Et eſt, vt vtraqꝫ inſint ambobus eſt autez, vt non inſint rurſus, ſit, vt ſit cauendũ. Ut in his orationibus, ſi hoc quidem eſt bonum, illud autem malũ, quoniam verum eſt dicere hęc bonum ⁊ malum eſſe, ⁊ rurſum neqꝫ bonum, neqꝫ maluꝫ. Non enim ineſt vtrũqꝫ vtriqꝫ. alioquin ideꝫ bonum, ⁊ malum, ⁊ neqꝫ bonum, neqꝫ malũ, Et ſi vnũquodqꝫ ipſum ſibi idem eſt, ⁊ alijs diuerſum. Quoniã non alijs eadem, ſed ſibi, ⁊ diuerſa alijs, ipſa ſibimet diuerſa, ⁊ eadem erunt. Inſuper ſi bonũ quidem maluꝫ ſit, malum autem bonum, duo fient vtiqꝫ.

¶ Quando autem (inquit) album ⁊ muſicum inſit coriſco, vel nauigare ad Troiam pluribus, tũc vel affirmãs vel negans aliquis nullo pacto redargueretur, ſed quãdo inquit hoc quidem fuerit, illud autem non, vt Aiaci ſingulari certamine cuꝫ Hectore pugnare, vel plura de pluribus, vt alterari de cane. Nam plura ipſum alterari ſignificat, quẽadmodum etiam canis, in his cauendum eſt ne dicatur illud [vtrūqꝫ] vel non. Hęc autez ſunt plura de pluribus nunc, hoc autem non dicit, ſed ꝙ dicit, erit ſic manifeſtum, fortitudini ineſt bonum, ⁊ timiditati malum, plura de pluribus, bonum ⁊ malũ, de fortitudine ⁊ timiditate. Vnde hic ſi quis interrogaret, nunquid timiditas ⁊ fortitudo bonum eſt vel non, non dandum eſt ipſum vtrūqꝫ, vel non. Nam falſum eſt negare ⁊ affirmare, nam in quibus verũ ſimul dicere ⁊ bona ⁊ mala, ⁊ neqꝫ bona neqꝫ mala, quomodo poſſibile eſt in his ſeorſum dicere bona vel mala. Nam ſi eſſet (inquit) bonum malum, vel malum bonuꝫ, ideſt ſi eſſet fortitudo timiditas, vel timiditas fortitudo oportebat interrogatos an fortitudo ⁊ timiditas bonuꝫ ſit vel non, dare ſimpliciter, vel negare, ſed quia diuerſa impoſſibile eſt. Hęc cum dicat ſubſcribit ⁊ illud abſurdum ꝙ accidit dicentibus ſimpliciter in his ita, vel non. Sed magis ⁊ ipſum paralogiſmũ quem concluſerunt ſophiſtę de his qui dicunt inconſiderate ipſum ita, vel non, adducit. Subſcribit autem hęc ꝑ hoc quare idem bonum ⁊ mal[illegible] neqꝫ bonum nec malum virtute dicens, ſi quis interrogatus an fortitudo, vt timiditas bonũ vel maluꝫ, inquit ꝙ bonum, erit timiditas bonum ⁊ malum, malum quidem quia etiam malũ eſt, bonum autẽ quatenus ipſe dedit bonum eſſe. Si ꝟo negabit, rurſus erit fortitudo bonum ⁊ malũ, quatenus quidem dixit ipſuꝫ non eſſe bonum, erit malum, ⁊ quatenus magis bonum eſt, erit bonũ, quare erit idem ⁊ vnũ, vt fortitudo bonum ⁊ malum, ⁊ nec bonum nec maluꝫ, ſed ſi hoc, quia vnũquodqꝫ ens ſibimet idem eſt ⁊ diuerſum ab alio. Nam ipſe Socrates ſibimet idem eſt, ſed a Platone alter, quia igitur vnũquodqꝫ ens ſibimet idem eſt, ⁊ ponetur fortitudinem bonum eſſe ⁊ malum, ⁊ bonum ⁊ malum diuerſa, igitur fortitudo erit ſibimet eadem ⁊ altera. Similiter autem ⁊ timiditas, quare erunt ipſę ſ. timiditas ⁊ fortitudo ſibiipſis eadeꝫ ⁊ diuerſę. Verum verba contextus hęc. [Quoniam non alijs eadem ſed ſibi,] non ſine defectu pronunciatur. Sed cõplementum erit tale. Quoniam autẽ non alijs quidem ſunt eadem ⁊ diuerſa, ſed ſibi ipſis ſunt eadem ⁊ diuerſa a ſeip-

ſis, accidit eadem ⁊ diuerſa eſſe a ſeipſis ⁊ eadē ſibimet. Item inquit quoniam accidit ex tali reſponſione fortitudinem que eſt bonum fieri malum, ⁊ timiditatem malū fieri rurſus bonuꝫ duo fierent, quare erit timiditas duo bonum ⁊ malum, ⁊ diuerſa a ſeipſa. Nam bonum eſt alterum a malo. Similiter ⁊ fortitudo.

Et duorum ⁊ inequalium vtrūqꝫ ipſum ſibi eſſe equale. Quare equalia, ⁊ inequalia ipſa ſibi. Incidunt autem hec orationes, ⁊ in alias ſolutiones. Nam ⁊ ambo, ⁊ omnia plura ſignificant. non igitur idem preter nomen accidit affirmare, ⁊ negare, id autem non erat redargutio. Sed manifeſtum. quoniam ſi non vna interrogatio plures fiant, ſed vnum affirmet aut neget, id non erit impoſſibile.

Et per hoc abſurdum ꝙ accidit (inquit) dicētibus ſimpliciter vel ipſum ita, vel non quando vel vnum de pluribus, vel plura de vno diceretur. Deductio auteꝫ talis eſt. Si duo quedam fuerint inequalia, verbi gratia bicubitum ⁊ tricubitum, quia idem ſibimet equale eſt. Nam bicubitum idem ſibimet equale eſt ſimiliter ⁊ tricubituꝫ ideꝫ ſibimet equale eſſe patet. Si ergo aliquis nos interrogaret, an bicubitum ⁊ tricubitum ſint equalia vel nō, Dicemus autē vel ita, vel non, accidet equalia ⁊ inequalia eſſe eadem ſibiipſis. Nam ſi equale bicubitum tricubito eſt, bicubitū erit tricubitum, quare ⁊ inequale idem ſibimet, ⁊ maius ⁊ minus, ſiquidem tricubituꝫ maius bicubito. Eſt autē ſolutio ſophiſmatis ob ipſum facere plures interrogationes vnam. Dicit autem has etiam in alias ſolutiones incidere, vt in amphibologiam. Nam interrogare an hec ambo, vel omnia hec equalia ſunt, vel inequalia, ⁊ ambiguum eſt. Nam aliquis poteſt intelligere interrogationem, vel vt dicentem, nunquid equalia inuiceꝫ ſint, vel vt equalia ipſa ſibiipſis. Similiter autem ⁊ nunquid inequalia ſibiipſiſimet ſunt, vel inequalia adinuicem. Inquit igitur in ambiguis vel in pluribus interrogantibus idem, ideſt eādem rem dicit ⁊ negat. Sed idem nomen de alio ⁊ alio ſub ipſo nomine dicitur, ſed hoc non eſt redargutio. Nam redargutio fit quādo accideret eadem res de eadem ⁊ vna re ſimul dici ⁊ non dici ex poſitione reſpondentis. Ceterum illud [Sed manifeſtum quoniam ſi non vna interrogatio ⁊c.] tale eſt, ꝙ non accidet impoſſibile, videlicet redargutio, ſi non faceret aliquis plures vnam interrogationem, ſed vnum de vno diceret, videlicet predicatum de vno ſubiecto. Nam ſi vnum de vno diceret, ſophiſta nō poterit redarguere reſpōdentem, vel etiam ſic. Manifeſtum (inquit) ꝙ ſi non vna interrogatio fiat de pluribus, ſed de vnius rei de vno interrogato, non ſit redargutio. Nam quādo aliquis plura vt vnum interrogaret, vel ipſuꝫ ita, vel nō dando, non vere redargueretur, ſed ſolū apparēter, ſed quando vnum de vno diceret, ſi vere diceret, non erit redargutio, ſi autem falſo, redargutio erit, ⁊ redargutio quidem non apparens, ſed vera.

In illis autem, que deducunt ad dicendum idem frequenter, manifeſtum, quoniam non dandum predicamenta eorūꝫ que ad aliquid dicuntur ipſa per ſe ſeparatiꝫ dicta aliquid ſignificare, vt duplum ſine ipſo dimidio, quoniam inapparet. Nam ⁊ decem in deficientibus vno a decem, ⁊ facere in nō facere, ⁊ omnino in negatione affirmatio. Non tamen ſi quis dixerit hoc non eſſe album, dicet idem album eſſe. Duplum autē neqꝫ ſignificat nihil fortaſſe, quemadmoduꝫ neqꝫ q̄d in dimidio. Et ſi forte ſignificat, non tamen ideꝫ diuiſim, ⁊ coniunctiꝫ. Neqꝫ ſcientia in ſpecie, vt ſi eſt medicina ſcientia ipſuꝫ q̄d cōmune. Illud autem erat ſcientia ſcibilis.

Abſoluens ſolutiones ſophiſmatuꝫ nunc ſoluit ⁊ eos paralogiſmos qui deducunt ſepe ad ideꝫ, ⁊ inquit quod de deducentibus ſophiſmatibus ad dicenduꝫ ſepe ideꝫ oportet non dare predicamēta, videlicet nomina ad aliquid dictorum ipſa per ſe ⁊ ſeorſum dicta ſignificare aliquid, videlicet compoſitum, vt ſi duplum dicitur ipſum per ſe non eſt compoſitum, neqꝫ ſignificat aliquid ⁊ alterum, vt illud dimidiuꝫ, quia in ipſo apparet. De hoc igitur docet nos ⁊ preceptū dat ꝙ ſi interrogati fuerimus num duplum per ſe dictum, ⁊ cum dimidio idem eſt, ⁊ idem ſignificat vel non, inquit non dandum eſſe, ſed dicere ꝙ aliud eſt dicere duplum ⁊ aliud dupluꝫ dimidij. Si enim ⁊ apparet ⁊ vna intelligitur dum dicitur duplū, hoc [dimidij,] tamen aliud eſt dicere, ⁊ dimidij, ⁊ aliud non dicere, ⁊ confirmat hoc per inductionem dicens. [Nam decem in deficientibus vno a decem,] ideſt. Etenim decem apparent dum dicitur ob vnitatem deceꝫ. Etenim ob vnitateꝫ nouem ſunt decē. Nam ſi nouē adderetur vnitas, decem ſunt. Nam dicentes nouem, non decem in quanto hec non decem dicimus ſimul patefecimus in his ⁊ decem. Vt enim in metaphyſice voluminibus oſtenſum eſt, affirmationes apparent in proprijs negationibus. Nam dicemus ꝙ hoc non homo idipſuꝫ inquit ꝙ hoc homo non eſt, quare in hoc non homine ſimul conſideratur ⁊ intelligitur homo. Similiter etiam dum dicitur ꝙ non facit apparet facere. Nam non facere idipſum eſt ipſius facere priuatio, proinde ſi hec ita ſe habent, vt dicens non album non ex neceſſitate album dicit, ⁊ ſi in ipſo non albo apparet albuꝫ. Similiter ⁊ dicens non decem non ex neceſſitate ⁊ decem dicit, quāuis manifeſtantur decem in ipſis non decem, ſic ⁊ dicemus non duplum non ex neceſſitate dicit duplum, ⁊ ſi in ipſo non duplo vna appareat duplum. Si autem hoc ⁊ conuertentes dicendum eſt quēadmoduꝫ dicens album non dicit ⁊ non album, ⁊ deceꝫ minime ⁊ nō decem, ſic etiam duplum dicens, non ex neceſſitate ⁊ non duplum dicit, neqꝫ ſignificat nihil fortaſſe ideſt fortaſſe, neqꝫ ſignificat dimidium. Illud autem fortaſſe additur, quia potentia ⁊ actu non ſignificat, q̄d ſi auteꝫ ſignificat ſed non idem diuiſim ⁊ coniunctim. Illud xo diuiſim equale eſt huic per ſe, ⁊ ſeorſum ⁊ illud coniunctim huic cum dimidio. Ceterum cum ſubdit neqꝫ ſcientia in ſpecie equale eſt huic neqꝫ ſignificatur ſcientia per ſpecieꝫ, quāuis in ſpeciebus ſit, vt ſi eſt medicina quedam ſcientie ſpecies. Nam huius eſt indicatiuum illud [vt ſi eſt medicina ſcientia ipſum ꝙ eſt cōmune,] videlicet ꝙ eſt in medicina. Veruꝫ ſi in ipſa eſt non ſignificatur per ipſaꝫ. Nam dicens medicinam non dicit ſcientiā. Et cauſam huius breuiter inducit per hoc. Illud autem [erat ſcientia ſcibilis] potentia dicens ꝙ ſcientia dicitur ſcibilis, ⁊

medicina nõ dicitur alicuius. Neq; enim grãmatices alicuius dicitur grãmaticus, neq; alia artium particularis aliqua, ſed medicinam dicens non alicuius dicit, patet ꝙ nõ ſignificaret genus per ſpecies, vel magis hoc neq; ſcientia in ſpecie ęquale eſt huic, neq; in ſcientia apparet ſpecies ⁊ conſuetudo eſt ipſi vt talibus vtatur interpretationibus. Quẽadmodum igitur ſcientiã dicens non dicit medicinam quãuis ipſa ſit ſub ſcientia, ſic etiam duplum dicens non dicit dimidium.

¶ In iis autem (quę per ſe oſtendũtur) prędicatis, id dicendum ꝙ non idem ſit ſeorſum, ⁊ in oratione, qđ oſtenditur. Nam cauũ cõmuniter quidẽ idem ſignificat in ſymo, ⁊ in curuo. Additũ aũt nihil prohibet ſed illud quidẽ naſo, hoc autẽ cruri ſignificare. Etenim nihil differt dicere naſus ſymus, ⁊ naſus cauus. Inſuper non dãda eſt dictio ſm rectum. Falſum eniã eſt, nam non eſt ſymũ naſus cauus, ſed naſi hoc vt paſſio. Quare nihil eſt abſonum, ſi naſus ſymus naſus eſt habens cauitatem naſi.

¶ Ad aſſignatam expoſitionem huius, neq; ſcientia in ſpecie eſt, inducit ſtatim inductum hoc. [In iis autẽ per quę oſtenduntur prędictis ⁊c.] dicens prędicata cõmuniora ⁊ ea quę magis continent ea quę ſub ipſis ſunt. Verum contextus verborum deficit, ſed ſupplendum eſt taliter. In prędicatis autem ⁊ ſubiectis per quę ſubiecta indicantur, vel definiuntur. Nam ſymitas per naſum diffinitur quare prędicata per ſubiecta oſtendũtur, proinde in his inquit dicendum eſt ꝙ non idem oſtenditur idẽ per ſe ⁊ ſeorſum dictum, ⁊ in oratione, ideſt ⁊ quando cũ aliquo ſubiecto colligatũ in oratione ⁊ non nomine diceretur. Et hoc valde manifeſte demõſtrauit per cauũ. Etenim cauum per ſe quidem dictum confuſe eſt indicatiuum amborum, ſcilicet ſymi ⁊ caui cruris. Quando autem adderetur alicui non idem. Nam dicẽdo crus cauũ determinate per ipſum crus curuum indicatur, vt etiaã dicendo cauum naſum ſymum indicaretur. Naã huius indicatiuum eſt illud [nihil prohibet definitum aliquid] ſed non confuſum. Vt igitur hic non idem eſt dicere cauum ⁊ naſum cauum, ſic neq; dicere duplum idem erit cum hoc dicto duplum dimidij, proinde ſi hęc ſic ſe habent neq; dicens ſymitatem cauitatem naſi bis dicit naſum, neq; dicens duplum dimidij duplum bis dicit dimidium, vt ſophiſtę volunt. Naã accipientes de non bene reſponſis ꝙ duplum idem eſt ⁊ duplum dimidij, inquiunt ꝙ quia duplum dicemus dimidiũ dixit, addens autem rurſus dimidium bis dixit dimidium velut diceretur duplũ dimidij dimidij. Rurſus ſymitatẽ dicen⁹ naſum dixit, quare ſi diceremus ꝙ ſymitas eſt naſi cauitas bis diceremus naſum. Nam dicentes ſymitatem naſum diximus, ⁊ addentes naſum bis, ⁊ idem diximus cauitas naſi ⁊ naſi. Soluũtur autem hęc, vt diximus ꝙ nõ idem ſignificat ſeorſum ⁊ coniunctim dictum. Inſuper apertius eſt dicendum. [Quare nihil eſt abſonum ſi naſus ſymus naſus eſt habens cauitatem naſi.] quod tale eſt ꝙ nullum abſurdum ſi quis interrogatus quid eſt naſus ſymus, diceret ꝙ naſus eſt habens cauitatẽ naſi, vt enim quando interrogantes de homine, quid eſt homo diceremus ꝙ homo eſt animal rationale, non vna cõplectimur hominem, ſic ſit etiam in hoc. Et ne quis ſuſpicetur Ariſtotelem aliquod abſurdum dicere ex hoc cõtextu motus. Naã videtur iſte in hoc contextu bis naſuã aſſumere dicens ꝙ nullum abſurdum eſt diceres ꝙ naſus ſymus eſt naſus habens cauitatem naſi. Non enim bis aſſumit illud, naſus. Nam punctum ibi ſubcollocandum eſt in hoc naſus eſt habens cauitatem naſi. Nam quando interrogamus aliquid ſimul compręhendimus ⁊ illud non velut pactum diffinitionis, ſed velut interrogatum, vt interrogati quid eſt hoc dicimus hoc eſt hoc ⁊ hoc.

¶ De ſolęciſmis autem propter quid apparẽt accidere, diximus prius, quo modo autẽ ſoluendum, in ipſis orationibus erit manifeſtũ. Nam omnes huiuſmodi hoc volunt cõſtruere. Putas ne quod dicis vere eſſe, erit ⁊ hoc vere. Dicis autem lapidem vere eſſe. Eſt igitur lapidem hoc vere. An dicere lapidem nõ eſt dicere quod ſed quem/non hoc, ſed hunc. Si igitur dicat aliquis/putas ne quem vere dicis, eſt iſtum? non videtur congrue loqui, quemadmodum ſi dicat putas ne quaã dicis eſſe/eſt iſte. Lignum autẽ dicere ſic, vel quęcunq; neq; maſculinum, neq; femininum ſignificant, nihil refert. Quare etiam non ſit ſolęciſmus, ſi quod dicis eſſe/eſt iſtud, lignũ autem dicis eſſe. Eſt igitur lignum/iſtud. lapis autem ⁊ iſte maſculinam habent declinationẽ. Quod ſi quis dicat putas ne iſte/illa eſt? Deinde rurſum, quid autẽ/nonne iſte eſt coriſcus? ita dicat. eſt igitur coriſcus illa, non ſyllogizauit ſolęciſmum.

¶ De ſolęciſmis ob quid apparent accidere, dictum eſt prius. Nam ob hoc ⁊ hoc accidunt, nam hoc in neutris dictum accipitur ⁊ in recto ⁊ in accuſatiuo, ⁊ accipitur a ſophiſta hoc velut ſignificatiuum recti, deinde proferente ſophiſta ob hoc ſignificans accuſatiuum accidit deduci reſpondentem ad ſolęciſmum. Sed in his ſyllogiſmis eſt (inquit) planum quomodo ſoluendum, vt in hac oratione dicit, num ꝙ dicis vere ⁊ eſt, hoc. Hic ẽo veluti in recto interratum eſt iſtud hoc, ⁊ ſic a reſpondente conceſſum concludit de accuſatiuo dicens. Putas ne ꝙ dicis vere eſſe erit ⁊ hoc verum, ſed dicis lapidẽ vere eſſe, eſt igitur aliquid lapis, vel dicere lapidem non eſt dicere rectum ꝙ quidem ipſe per hoc, ſed accuſatiuũ ꝙ ipſe indicauit per ipſum quod. Si ergo aliquis interrogaret, num ꝙ vere dicis. Vnde inquit quemadmodum ſi aliquis interrogaret, nunc quem vere dicis, eſt nunc, talem autem non aliquis diceret gręce dicere gręcuſſariq;, ſed ſolęciſmum cõmittere, vt etiam in hoc, nonne quem dicis eſſe, eſt hic, ſed lignum dixiſti hanc hic, eſt igitur lignum hanc, ſic etiam in illis ſit. Nam hoc conceſſum ⁊ in recto dictum ille accipit vt in accuſatiuo, ideõ ⁊ in his ſolum ſiunt ſolęciſmi in maſculinis ⁊ femininis, quare

hęc hoc eſt vt ſubſtantia animal. Competit autem ⁊ ſm̃ rectum ⁊ accuſatiuum prolatum, ſed rurſus videamus hoc num quem dicis eſt hic, vt inquit dicens num queꝫ dicis eſſe eſt hic non grecciſſaretur grecéq; diceret ſic, neq; dicens, num queꝫ dicis eſt hunc, ſed lignum dixit hic, induxit vt ſi dixit, ſi quis gręce dicere ſic dicentes dicet, accidet idem in fęmininę ⁊ maſculinę, ⁊ neutraliter dici. Nam ſi quem dicis eſt hic, dixit autem hic ipſum lignū, erit hęc lignum hic ⁊ hic, ⁊ hoc hęc ⁊ hoc hęc ſic, igitur in maſculinis vel fęmininis multum differt hic ab ipſo hęc vel hic, ſimiliter autem ⁊ illud hoc, ſed in neutris, ꝙ dixit ipſe, vel quot neq; fęmininum neq; maſculinum ſignificat illud quod ⁊ ipſum hoc nihil differt, ideo ⁊ non fiunt ſolęciſmi. Nam hic per ipſuꝫ hoc ſignificantur ſm̃ rectum ⁊ accuſatiuum, non accidet ſolęciſmus, vt ſi aliquis interrogaret, num ꝙ dicis eſſe eſt hoc, ſed lignum dicis eſſe hoc, eſt igitur lignum. Nam hic de ligno ꝙ eſt neutrum, ⁊ de ipſo hoc ꝙ conuenit ligno, ⁊ in accuſatiuo ⁊ recte dicto ipſum hoc dicitur, vt etiam de ipſo hoc non fiunt ſolęciſmi, ſed de hoc, nonne hic eſt hęc? ſed ne hic coriſcus? ⁊ concluſum erit, igitur eſt hic hęc, non tamen ſolęciſmum inquit eſſe ſyllogiſmo oſtenſum, quatenus nec accuſatiuum nec datiuum, vel rectum ſimul ſyllogiſmo concluſit. Nam dixit hęc hic, hic autē coriſcus, igitur hęc coriſcus. Vides quomodo non cōmittit ſolęciſmum in caſibus. Eſt autem hoc ſolęciſmus. Nam inquit Philoſophus in libro de memoria ⁊ reminiſcentia ꝙ qui res non proprijs nominibus nominat, cōmittit ſolęciſmum. Naꝫ qui debet dicere leoſthenem ⁊ dicit leodamantem ſolęciſmum nominauit tanq̄ dicens aliud quid ab illo.

¶ Et ſi coriſcus non ſignificauerit ideꝫ quod illa, ⁊ reſpondens non dederit. (oportebat. n. hoc p̄interrogare, ſi itaq; neq; eſt, neqꝫ dat,) neqꝫ in eo/quod eſt eſſe aliquid, neqꝫ ad eum, qui interrogatus eſt, ſyllogizauit. Similiter igitur oportet ⁊ illic lapidem ſignificare iſte. Si autem neqꝫ eſt/neqꝫ datur, non dicenda concluſio. Apparet auteꝫ eo quod diſſimilis caſus nominis ſimilis appareat. Putas ne verum eſt dicere, quoniam iſta eſt id, quod eſſe ais eam. eſſe autem ais aſpidem. Eſt igitur iſta aſpidem. An non neceſſe eſt, quia iſta non aſpidem, ſed aſpis ſignificat. Aſpideꝫ autem iſtam. Neqꝫ ſi quem dicis eſſe iſtum, eſt iſte. Dicis autem iſtum eſſe Cleoneꝫ. Eſt igitur iſte Cleonem. Non enim eſt iſte Cleonē. Dictum eſt enim quoniam quem dico iſtum eſſe, eſt iſte, non iſtum, neqꝫ enim congrue diceretur/hoc pacto interrogatio dicta. Putas ne iſtud ſcis. Iſtud autem eſt lapis. igitur lapis ſcis. An non idem ſignificat iſtud in eo quod eſt putas ne iſtud ſcis, ⁊ in hoc, iſtud auteꝫ lapis. Sed in primo quidem iſtum, in poſteriore autem iſte. Putas ne illud, cuius ſcientiaꝫ habes ſcis. Scientiam autem habes lapidis. Lapidis igitur ſcis. An huius quidē lapidis dicis, hunc autem lapidem, datum eſt autem cuius ſcientiaꝫ habes/illud ſcis, non illius, ſed illud. quare non lapidis/ſed lapidem. Q: igitur huiuſmodi orationes non ſyllogizent ſolęciſmum, ſed apparent, ⁊ propter quid apparent, ⁊ quo modo eſt obſiſtendum illis, ex ijs, quę iſta ſunt, manifeſtum eſt.

¶ Cum dixerit vt dicens, nonne quem dicis eſſe, eſt hic non grece loquitur ſic neq; dicens nonne quem vere dicis eſt hunc. Nam ſi aliquis dicit eos grece loqui accidet idem fęmininę ⁊ maſculinę ⁊ neutraliter dici, inducit hoc neq; ſi coriſcus ſignificat ꝙ quidē illa. Eſt argumentum ex copia ⁊ ſuperabundantia. Sed dictuꝫ per hoc tale eſt, ⁊ daremus coriſcum ⁊ fęmininę dici vt ⁊ hic ⁊ hęc, non daret autem reſpondens, ꝙ non concluſus eſt ſolęciſmus ſyllogiſmo, ſed oportet interrogare reſpondentem, ⁊ ſi datur quidem, non dicitur tamen, fit quidem ſolęciſmus ſed non ſimpliciter, ſed ad reſpondentem, ſi autem neqꝫ dicitur neq; datur, neq; ſimpliciter fit, neq; ad reſpondentem. Sed in hoc ſimiliter igitur oportet ⁊ illic deficit hoc ſimul interrogare ſi dat lapidem ſignificare hic, diſſimilem autem caſum dicit rectaꝫ ab accuſatiuo vt manifeſtum fecit per id ꝙ ſubdit. Sed plane ea deinceps pronunciat, ſed in primo hunc ⁊ in poſteriore hic, in prima inquit interrogatione hac num illud ſcis, illud hoc velut ęquale ipſi hoc datur, ſed in ſecunda vt idem ipſi hic, diſſimilis autem caſus eſt illud hic, ⁊ illud hunc quare non concluſum eſt ſyllogiſmo, ſed in ſequenti ſophiſmate hoc nonne cuius ſcientiam habes ſcis hoc, illud hoc, veluti ęquale ipſi hunc datur ęquidem datum eſt, cuius ſcientiaꝫ habes ſcis non hoc, ſed hoc. Illud vero hoc vt ęquale ipſi hunc datur, quare ſcis lapidem.

Aduerte ꝙ Alexāder p̄termittit nō nullos contextus.

¶ Oportet autem intelligere, quoniaꝫ omniū orationum, alię quidem ſunt faciles conſpici, alię autem difficiliores per quid, ⁊ in quo decipiant audientem, frequenter eędem illis exiſtentes. Nam eandem orationem oportet vocare, quę propter idem dicitur. eadem autem oratio alijs quidem propter dictionē, alijs autem propter accidens, alijs vero propter aliud videbitur eſſe, quia vnumquodqꝫ quod trāſfertur non ſimiliter eſt manifeſtum. Quēadmoduꝫ igitur in ijs, quę ſunt propter ęquiuocationem (qui modus inter paralogiſmos videtur eſſe ineptiſſimus) hęc quidem ⁊ quibuſlibet ſunt manifeſta, ⁊ orationes pene ridiculoſe ſunt omnes, quę ſunt ꝓpter noīē. Ut vir ferebatur per ſcalam δίφρον, diphron.

¶ Oportet inquit conſiderare ⁊ diligenter animaduertere ꝙ paralogiſmorum alij ſunt faciles ad cognoſcendū ea quibus redarguuntur ſophiſtice procedentes, ⁊ alij ſunt haud faciles cognitu ob quid audiēs paralogiſmo ſeducitur, quāuis ſępe ijdem ſint cuꝫ his qui faciliime cognoſcuntur

gnoſcuntur. Nam illud frequenter ijdem exiſtentes cum illis, tale eſt ijdem ſunt omnes inter ſe, qui ob ęquiuocationem ſunt, vt etiam hi qui ob ambiguitatem ſunt ijdē his ob ambiguitatem, & hi ob accidens oībus illis ijdem qui ſunt ob accidens, ſed ꝙ dicit, eſt ꝙ quidam exiſtentes elenchi ob ęquiuocationem etiam videntur eē ob ęquiuocationem, quidam vo ſunt ob ęquiuocationem, ſed non videntur aūt exiſtentes ob ęquiuocationem, ſic etiam hi ob accidens, tamen inquit omnes ob accidēs eoſdem appellandos eſſe. idest ob accidens eſſe oportet dicere, & ſi non videantur eſſe ob accidens. Qđ vo ſunt paralogiſmi ob aliud, & ob aliud videntur paralogiſmi eſſe, dictum eſt pauloante quoties non recipit nō bene ſoluentes, neq; dicentes cauſam propter quam factus eſt paralogiſmus, quod transfertur diceret ipſum inductum, vt etiam hoc, num ꝙ vides tu hunc verberatum hoc verberatus eſt hic, & quo verberatus eſt, hoc tu vides. Nam hoc ſm interrogata videtur ob ambiguitatem eſſe, ſed ſm illatum ob compoſitionē, vt igit̄ in ipſo modo ob ęquiuocationem aſſignatio partitionis huius quę ſunt manifeſta quibuſuis, inferius eſt in quibus dicit [Hęc autem & peritiſſimos videntur latere]. Et cum ſint ſex ſophiſmata ob dictionem, ſcilicet ęquiuocatio, ambiguitas dicendi, compoſitio, diuiſio, accētus, figura dictionis, pręſens ſophiſma, ſcilicet vir ferebatur per ſcalam diphron ob figuram dictionis eſt. Nam maſculum vir neutrum interp̄tatur, nam dicit hominem diphron exiſtentem ferri per ſcalam, maſculine dictum itaq; interp̄tatur, & profert neutraliter. Non enim eſt rectus caſus diphron neutrum ſed diphros. Eſt igitur ob figuram dictionis, nam non idem ſimiliter profert, vt maſculinum neutrum dicit, & neutrum maſculinum. Eſt autem & ob ambiguitatem dicendi, & erit ſophiſma tale, currum diphron ſignat, vir autem ferebatur per ſcalam diphron, vir igitur per ſcalam ferebatur currum, quare vir exiſtens currus per ſcalam ferebatur, & ꝙ ſic fiebat deductio rationis patet ex hoc ſophiſmate ob accentum, cor animaq; ſignificat animam, Agamēnonem autem bellū gerere nouit anima eſſe, igitur Agamēnonem bellum gerere anima nouit eſſe. Eſt igit̄ deductionis ſophiſmatis talis ſimilitudo, cor animam ſignificat, Agamēnonem autem bellum gerere cor nouit eſſe, igitur Agamēnonem bellum gerere anima nouit eſſe currum / diphron ſignificat, vir autem ferebat̄ per ſcalā diphron, vir igit̄ ferebat̄ ꝑ ſcalā currus, pōt ēt hoc, vir ferebatur per ſcalam diphron, eē ſophiſma ob ambiguitatem dicendi, vel enim vir latus eſt in humero diphron latus per ſcalam, vel ꝙ vir exiſtēs diphron & currus per ſcalam ferebatur, quod igitur vir ferebat̄ per ſcalam diphron ob dictionem eſt, patet, ſed ſic ſimplex eſt concludere, nonne vir per ſcalam ferebatur? ita, nonne diphros per ſcalam ferebatur? vtiq;, vir igit̄ per ſcalam ferebatur diphron, ſed non ferebat diphrō, ſed ferebatur a diphro, ſed interrogant ſophiſma de aliquo de diphro per ſcalam lato, vel ſi non in diphro & ſella curruli aliquis deſcendit per ſcalam, ſed primo quidem vir ipſe per ſe, & poſterius diphros, nihil minus locum habet ſophiſma. Nam & ſi vir in prima forte hora diei, & diphros in quarta per ſcalam ferebat, nihil minus ſophiſma poteſt ſic interrogari, nōne vir per ſcalam ferebatur? vtiq;, nonne diphros per ſcalam ferebatur? vtiq; igitur vir per ſcalam ferebatur diphron, ob compoſitionem ſophiſma eſt. Nam oportebat ſic cōcludi, vir igitur & diphros per ſcalam ferebatur, hoc verum eſt, quod autem ob compoſitionem, vel diuiſionē ob dictionem ſit ſophiſma, patet. Sed inuenietur & alia ſcriptura ſic habens, vir ferebatur per ſcalam diaphoron, & erit dictum tale per hanc dicens. Etenim orationes fere ridicule omnes ſunt ob dictionem, inducit horum exemplum virtute dicens. Nam illud vir per ſcalam ferebatur non eſt ſimplex, ſꝫ differens & ambiguū, hoc aūt ob dictionē eſt, ꝙ vo differens eſt & ambiguū, patet. Vel enim quia vir per ſcalam ferebatur, vel quia ipſe ferebat aliquid, & forſitā ſimplicior eſt ſcriptura.

Diphrō ſellam currulē ſignificat.

¶ Et quo venit, apud cęream. Et boreas puruone? non arte. Perdit enim pauperem, & ementem. Et vtra bonum ante pariet? neutra. ſꝫ retro ambę. Putas ne eſt Euarchus? non certe. ſed Apollonides. & aliarum fere ꝙ plurimę. Hęc autem & peritiſſimos videntur latere. Signum autem huius, quoniā contendunt ſępe de nominibus, vt vtrū idem ſignificent de omnibus ens & vnum, an aliud. Alijs enim videtur idem ſignificare ens & vnum. Alij autem Zenonis orationem & Parmenidis ſoluunt. ꝙ multipliciter putent vnum dici & ens. Similiter autem & ꝓpter accidens, & aliorum vnumquodq;, alię quidem orationes erunt faciles videri, alię autem difficiliores. ſumere & in quo genere, & vtrum redargutio an non redargutio? non facile ſimiliter in omnibus eſt. Eſt autē acuta oratio, quę dubitare facit, maxīe. Mordet enim hęc maxime.

¶ Deductio ſophiſmatis huius quo mittitur ad cęream quędam talis erit quo mittitur ad cęream, ſed mitti eſt ire, igitur ire eſt ad cęream, duplex eſt mitti ex his & a propria electione, & vniuerſalr ipſum pergere vt pereꝑ hanc viam pro hoc abſolui deambulando, & aliud eſt mitti ab alijs, vel ab alio, vt miſit nos rex, viri Athenienſes, in hoc igitur mitti, illi quidem dant mitti pro ire pergereq;, ſed ſophiſta accepit pro ipſo mitti, ſed hoc ſophiſma poteſt eſſe etiam ob ęquiuocationem, maxime autem erit ob ambiguitatem dicendi. Vel enim ꝙ quo pergit, vel ꝙ ab alio mittitur, forſitā autem erit ēt ob figuram dictionis ipſum mittitur permittit ſophiſtis accipientibus paſſiuum pro actiuo. Et illud ante indicat quidem, & prius tempus aduerbium, indicat etiam ipſum [ante] partem animalis anteriorem, ſed etiam catharus ſignificat & hoc [ſanum]. Nam catharus horreas ſanus dicitur, ſignificat quoq; non inquinatum & immixtum, quare ſi de ſano daretur alius & alius concludit de immixto non ſyllogiſmo concluſit. Illud autem nonne Euarchus? nō certe, ſed Apollonides eſt ob cōpoſitionem ſophiſma, nonne hic Euarchus non certe, ſed Apollonides, vtiq; Euarchus igitur, ſed non certe Apollonides. nam ob compoſitionē huius coniunctio

Stat mittit.

Aduerte ꝙ in noſtris tēporibus & modis verborum ſæpe dicimus aliter, vt nos conformemur cōtextibus, ſed miſſi eſtis mitti te, legit Alexan. ſed non eſt vera de his mō ſtat ſententia.

ꝙ iuſtitia malum in hanc ꝙ non malum.

¶ Maxime igitur talis acuta, quę ex ęquo cõcluſionem facit interrogationibus. Secũda autem, quę ex omnibus ſimilibus. hęc enim ſimiliter faciet dubitare, quę nam interrogationum interimenda eſt. id autem difficile eſt, nam interimendum quidem, quid autem interimendum, dubium.

¶ Illam maxime inquit eſſe acutam orationem quę eſt ſimilis concluſioni probabili exiſtenti ⁊ propoſitiones habentem probabiles ⁊ ſimiles concluſioni. Nam hęc difficillima eſt deprehenſione ob qualem concluſum ſit, vt qui probat animam immortalem cum ſit probabilis per ſimilia probabilia hęc. Nam ſi contraria fiunt ex contrariis, album enim ex nigro fit, ⁊ nigrum ex albo, atq; frigidum ex calido, ⁊ calidum ex frigido ⁊ alia ſimiliter, fiunt autem ex viuentibus mortui e contra aſſignabit ⁊ hic ⁊ erunt ex mortuis viuentes. Nam vita ⁊ mors ſunt contraria, nã hic non valde manifeſtum eſt ob qualem propoſitionem concluſa ſit cõcluſio, an ob dicentem ꝙ contraria ex contrariis fiũt, vel hanc ꝙ vita ⁊ mors contraria ſunt. Secundam autem dicit eſſe acutam hanc ex omnibus ſimilibus. ideſt hãc habentem propoſitiones ſimiles ſibiipſiſmet, ⁊ diſſimiles concluſioni, vt ſit probabilior concluſio ipſis ꝓpoſitionibus, in prima igitur ſimilit͛ exiſtentibus propoſitionibus probabilibus cum concluſione non eſt manifeſtum ſi facta eſt deductio, ⁊ in ſecũda quia manifeſtũ eſt, ꝙ concluſio probabilior eſt propoſitionibus perſpicuũ eſt ꝙ deductio facta eſt. Non enĩ oportet eſſe concluſionem probabiliorem eſſe propoſitionibus, ſed propoſitiones concluſione, ſiquidem ex his quę ſunt magis credenda ⁊ notiora ſyllogiſmos fieri oporteat, quare cum minus ſint probabiles q̃ concluſio, ⁊ ſunt ſibiipſis ſimiles, quia deductio facta eſt, patet. ſed ob qualẽ nõ eſt manifeſtum cum ſimiles ſint inter ſe, ſed in priorẽ prorſus immanifeſtũ eſt ſi facta eſt deductio ſimili exiſtente concluſione propoſitionibus. Nam dicit manifeſtum eſſe in ſecunda oportere aliquam deſtruere propoſitionum, ſed qualem incertum eſt, quia ſunt ſimiles inter ſe, ſed plenus liber talibus ſyllogiſmis habentibus ſimiles propoſitiones inter ſe, ⁊ diſſimiles cõcluſioni eſt ſecũdus liber metaphyſices Ariſtotelis.

¶ Contentioſarum autem acutiſſima quidem, quę primum ſtatim dubia eſt vtrum ſyllogizat, aut non, ⁊ vtrum propter falſum, an propter diuiſionem ſolutio. Secunda autẽ aliarum, quę manifeſta quidem, quoniam ꝓpter diuiſionem, vel interemptionem eſt. Non tamen exploratum per cuius interrogationum interemptionem vel diuiſionem ſoluẽda eſt. Sed vtrum propter concluſionem, an ꝓpter aliquam interrogationum ideſt. Quandoq; igitur non ſyllogizãs oratio facilis eſt, ſi ſint valde inopinabilia, vel falſa, quę ſumuntur. Quandoq; autem non digna deſpici. Nam quando deeſt aliqua talium interrogationũ, de qua oratio, ⁊ propter quam eſt, ⁊ qui non ſumit illam, ⁊ ſyllogizat, inepta eſt ratiocinatio. Quando autem eorum, quę extrinſecus, non deſpicienda. Sed oratio quidem iuſta, interrogans autem non probe interrogauit. Et eſt ſane ſoluendum quandoq; quidem ad orationem, quandoq; autem ad interrogãtẽ ⁊ interrogationem, quandoq; vero ad neutrũ horum. Similiter ⁊ interrogandum, ⁊ ſyllogizandum eſt, ⁊ ad poſitionem, ⁊ ad reſpondentem, ⁊ ad tempus, quando fuerit pluris temporis egens ſolutio, q̃ ſit pręſens tẽpus (quo diſputatur) ad ſolutionem. Ex quot igitur/ ⁊ ex quibus paralogiſmi fiunt his, qui diſputant, ⁊ quomodo oſtendemus falſum, ⁊ inopinabilia dicere faciemus. Inſuper autẽ ex quibus accidit ſyllogiſmus, ⁊ quomodo interrogandum, ⁊ quis ordo interrogationũ. Pręterea etiam ad quid ſunt vtiles huiuſmodi orationes omnes, ⁊ de reſponſiõe ſimpliciter omni, ⁊ quomodo ſoluendum eſt orationes ⁊ ſyllogiſmos, dicta ſint de omnibus a nobis hęc. Reliquum autem eſt de eo, qđ a principio erat propoſitum ad memoriã reuocantes, non nihil de ea re ſub breuitate dicere, ⁊ finem imponere dictis.

¶ Cum dixerit quę ſint dialecticę orationes acutę, nunc dicit ⁊ quę ſint ſophiſticę acutę. Et inquit eam eſſe primã quę primum ſtatim eſt incerta ſi ipſa ratiocinetur ſyllogiſmo an non, qualis eſt Parmenidis ratio dicens vnum eſſe ens. Eſt autem talis id quod eſt extra ens eſt non ens, ꝙ non ens, nihil, igitur vnum ens. Hęc enim ⁊ ſi aſyllogiſtica eſt, tamen non prorſus eſt manifeſta. Eſt autem aſyllogiſtica, quia non concluditur ex poſitis, vnum igitur ens, ſed quia vnum ens eſt. Quod vero ſit ſophiſtica ⁊ aſyllogiſtica dixit in primo de naturali auſcultatione. Nam (inquit) ambę ſunt contentioſę ⁊ Meliſſi ⁊ Parmenidis rationes, ſed illa Meliſſi eſt magis oneroſa ⁊ nullam affert dubitationem perinde ac illas Parmenidis habeat afferatq; dubitationem, prima igitur in contentioſis acuta eſt oratio hęc quę habet incertum hoc aliquo ſublato deſtruetur etiam concluſum abſurdum an ſublata concluſione an altera propoſitionum. Nam illud [Et vtrum propter falſum an propter diuiſionem ſolutio] quale eſt huic, an ſolutio ob õnes: ob õnẽ concludentem falſum ꝙ quidem ipſe dixit propter falſum vel ob deſtructionem eſt alicuius propoſitionum, quã quidem ipſe dixit diuiſionem. Secunda autem eſt quę manifeſta habet ob deſtructionem ipſam ſolutionem, ſed non habet compertum ꝑ quid interrogatorum interemptio fiat, ideſt quale interrogatorum deſtruẽtes rationem ſoluemus, ſed ambiguum hoc an ipſa ideſt deceptio fiat ob concluſionem, vel ob aliquid interrogatorum. Illud autem manifeſtum quidem ꝙ ob diuiſionẽ,

vel deſtructionem eſt, eſt equale huic, manifeſtum eſt ꝙ ob deſtructionem eſt. Nam huius ob diuiſionem illud [deſtructionem] eſt expoſitiuum. Verum differt ſecundus modus a primo, quia ſecundus habet manifeſtum quod concluſum eſt, ⁊ ſi hoc manifeſtum non habeat quo ſublato deſtruetur etiam concluſiꝫ, an ſublata concluſione, vel aliqua propoſitionum. Sed primus incertus ſtatum erat habens hoc an ſyllogiſmus ſit necne, ⁊ deceptiones tales fiunt ob interrogata quibus plenus erat preſens liber. Sed ob concluſionē fit deceptio quando non, ꝙ quidem ex interrogatis accidit inducemus, ſed hoc quidem pretermittimus ⁊ quippiam aliud volumus ⁊ inferimus quemadmodum ſe habet ⁊ Parmenidis ratio ⁊ illa de qua prius Ariſtote. mentionem fecit dicens quorūꝫ ſcie ſtudioſe, ſtudioſe diſcipline, ſed mali ſtudioſa diſciplina, igitur ſtudioſa diſciplina malū. Non eniꝫ hoc accidit ex poſitis, ſed quia mali ſtudioſa eſt ſciētia. Dicit autem ⁊ ſtolidum ſyllogiſmum eſſe, quando aliquis non precaciperet id quod deeſt ⁊ per quod propoſitum debet concludi, ſed hoc quidem deponeret ⁊ ſine eo concluderet, vt ſe habet ⁊ Meliſſi ratio oſtendēs vnum ens ⁊ infinitum, ⁊ alij plures, vt etiam dicens nō ſubſtantia ſublata non deſtrui ſubſtantiam, ex quibus eſt ſublatis ⁊ illud ex his corrumpitur. Nam hic deſunt propoſitiones vt etiam in libro de reſolutione ſyllogiſmorum didicimus. Extrinſecus autem deficere propoſitiones dicit demonſtratiuas alicuius ſumptorūꝫ ad oſtēſionem propoſiti. Nam has ſi quis confirmationis conſolationis gratia petat indigētes conſtitutione accipiēs concludat, deficere aliquid eorum extrinſecus ſyllogiſmo diceretur, ⁊ ſi diceres ꝙ nō oportet ſophiſticas propoſitiones oſtendere. Nam neqꝫ ſunt cōmunes, vt dictū eſt. Dicitur etiam ad diſputantes. Vel oportet ⁊ ad ſophiſtice interrogantes interrogata ab ipſis oſtendere, [ſi quidem vere redarguere debeamus, vt etiam dicunt. Non eniꝫ apparenter inquiunt redarguere, ſed vere inſuper apertius dicere illud per hoc. [Quandoqꝫ quideꝫ oratio eſt concludens ſyllogiſmo] ꝙ indicat tale eſt, aliquando quidem orationem concludentem eſt appellare ſtolidam ⁊ dignam contemptu, ⁊ aliquando non eſt hoc facere. Neqꝫ enim eſt hanc dicere ſtolidaꝫ ineptāue neqꝫ dignam contemptu. Nam ſi eſt talis oratio compoſita ex probabilibus vel falſis ſumptis, inepta eſt ⁊ digna contemptu, vel quando deficeret aliquid taliuꝫ interrogatorum que ſunt propria rei de qua oratio ⁊ per quam concluditur oratione non aſſumente hoc neqꝫ ratiocinante. Sed quādo deficeret aliquid extrinſecus exiſtentium, videlicet earum propoſitionum duarum que ſunt ad oſtenſionem aſſumpta in ratione, non eſt bene contēnenda, ſed eſt ratio non bona, ⁊ interrogans interrogauit non bene neqꝫ ad poſitionem, neqꝫ ad reſpondentem, ſed ad tempus interrogant quecunqꝫ talia proponunt que magno ac longo tempore egent ad oſtendēdum ꝙ ſic ſe habent, vt proponuntur. Ideo oportet ⁊ reſpondentem ad tempus ſoluere. Soluet autem ad tempus vt ſi inſtantias attulerit que egeant multo tempore vt videantur ſi vere ſint. Etenim inſtantiarū alie reuera ſunt, alie autem videntur quideꝫ eſſe, ſed non ſunt, vt in octauo Topicorum dictum eſt. Vel ſoluet ad tempus ⁊ ſi ſic aliquo modo diceret non do hanc, neqꝫ concedo, ꝙ non videtur ⁊ multo tempore eget ad intellectioneꝫ ſi vera eſt. Sed cetera que dicūt perſpicua ſunt.

Aduerte hic deeſt in greco.

¶ Premiſimus igitur inuenire facultatē quādaꝫ ſyllogiꝫandi de propoſito ex ijs, que ſunt quā probabiliſſima. id enim opus eſt dialectice ſm ſe, ⁊ tentatiue. Quia autem preinſtruitur quis ab ea propter ſophiſtice vicinitatem, vt non ſolum experimentum ſumere poſſit dialectico more, ſed etiaꝫ quaſi ſcientifico, ꝓpter id non ſolum dictum negocij officium poſuimus orationē poſſe ſumere, ſed etiam vt orationem ſuſtinentes, tueamur poſitionem per quam probabiliſſima ſimili modo. Cauſam autem diximus huius, ⁊ quoniam propter id Socrates interrogabat, non auteꝫ reſpondebat. Confitebatur enim ſe non ſcire. Manifeſtum eſt auteꝫ in prioribus ex quot ⁊ ex qualibus ⁊ ad quot id erit, ⁊ vnde horum idonei erimus. Adhuc autem quomodo interroganda vel ordinanda queſtio omnis, ⁊ de reſponſionibus, ⁊ ſolutionibus, que ſunt ad ſyllogiſmos. Patefactum eſt autem ⁊ de alijs quecunqꝫ huius diſcipline ſunt orationes. Preter hec autem ⁊ de paralogiſmis pertractauimus, quemadmoduꝫ diximus iam prius. Que igitur nacta ſint fineꝫ ſufficienter ea que propoſuimus, manifeſtum. Operepreciū autem eſt nos non latere quidnam accidit circa hoc negocium. Nam eorum omniuꝫ que inueniuntur, que quidem ab alijs ſumpta ſunt prius, elaborata paulatim incrementum ſumunt ab illis, qui poſtmodum accipiūt. Que autem ab initio comperiuntur, paruum in primis ſumere ſolent incrementum, multo tamē vtilius eo incremēto, quod poſtea ab alijs fit. Maximum enim fortaſſe principium omniū vt dicitur. Quare ⁊ difficillimum. quanto enim virtute validiſſimum, tanto mole minimum, difficillimum eſt videri. eo auteꝫ comperto, facile eſt addicere, coaptareqꝫ reliquū. Quod circa rhetoricas oratiōes accidit. Pene auteꝫ ⁊ circa alias artes omnes. Nam qui principia inuenere, omnino ad exiguum quid perduxerunt qui autem nunc celebriores habentur, vendicantes a multis, velut ex ſucceſſione particulariꝫ colligentes, ſic auxerūt. Tiſias quideꝫ poſt priores, Thraſymachus vero poſt Tiſiam, Theodorus poſt hūc, ⁊ multi multas coadunauere partes. Quapropter nihil mirum, ſi in amplū quidem creuerit ars.

¶ Facultatem ratiocinandi ſyllogiſmo dicens facultatē

locorum ⁊ tractationem. Et dictuꝫ eſt in illis cur dicit facultatem, dicens autem in Topicis. Propoſitum huius tractationis eſt ac facultatis inuenire methodū per quā poterimus ratiocinari ſyllogiſmo de omni ꝓpoſito hoc dicens ⁊ inferens hoc ⁊ hi orationem ſuſtinentes, nunc cauſam huius, cuꝫ opus eſt dialectices non ſolum poſſe orationem accipere ⁊ interrogare, ſed etiam orationeꝫ ſuſtinere ⁊ dare. Dixit per hoc quia autem prius probatur ad hanc propter ſophiſticę vicinitatem. Sed oportet prius reuocare ad memoriam modos dictos, ⁊ ſic verba diſcurrere ⁊ tranſigere. Dictum autem eſt ꝙ vt ſe habet falſa deſcribendi ars ad geometriam, ſic ſophiſtica ad dialecticem. Nam vt illa ex principijs geometricis proficiſcitur, ⁊ falſas deſcriptiones facit ⁊ non egentes, ſic etiam ipſa ſophiſtica ex apparentibus quidem probabilibus, quę quidē probabilia ſunt principia dialectices, procedit. Horum autem aliquibus vtitur vel non exiſtētibus probabilibus, ſed ſolum apparentibus vel exiſtentibus probabilibus, ſed in figura peccantibus, quando vel ex duabus particularibus, vel ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura cōcluderet. Si ergo hęc vera, bene ſophiſticā dixit vicinam eſſe dialecticę. Naꝫ ambę circa omnia argumentantur, ⁊ ſi differunt, vt dictum eſt. His ſic ſe habentibus dictum eſt quoniam vicina eſt ſophiſtica ipſi dialecticę ⁊ ſophiſtica profitetur non ſolum orationem poſſe accipere, ſed etiam vt ſciens. Naꝫ dialecticus vt non ſciens interrogat, quę quidem interrogat, ſic ſophiſtę omnia ſcire profitetur, ⁊ nihil eſſe ꝙ non eſſe ſciuit. Si ꝟo omnia ſciuit, ex omnibus autem ⁊ quę interrogat ipſa ſunt, patet igitur ꝙ ſciuit ⁊ quęcunqꝫ ⁊ qualia interrogat. Nam hoc in Platonis Gorgia idem indicauit dicens, nullus hactenus per multos annos me aliquid nouit interrogauit ſolūmodo dicens omnia quę me aliquis interrogat, ſcio ⁊ nihil eſt ꝙ me lateat. Quoniam igitur ſophiſtica omnia ſcire profitetur ⁊ dicens omnia cognoſcere magis conuenit interrogari, ⁊ manifeſte facere quę ſcit quam interrogare, patet ꝙ etiam dialecticę eſt opus non ſolum interrogare, ſed etiam interrogari ⁊ orationem ſuſtinere ⁊ magis hoc. Naꝫ ſi ſophiſticę magis eſt orationem dare, quia dicit omnia ſcire, ⁊ vicina eſt ſophiſtica ipſi dialecticę, erit ēt dialecticę opus ſuſtinere orationem. Propter hanc cauſam igitur (inqt) illic dixi opus eſſe dialecticę non ſolum accipere poſſe orationem, ſed etiam dare. Sed in his verbis. [Cauſaꝫ autem diximus huius] deeſt illud nunc. Dixit enim nō ibidem, ſed nunc, quia opus eſt dialecticę ⁊ orationem ſuſtinere. Quod ꝟo non per ſe, neqꝫ principaliter dialecticę eſt ⁊ orationem ſuſtinere, ſed ob vicinitatē ſophiſticę ad ipſam appoſuit Socratem dicentem nihil ſcire velut dialectici profecto ignorātis quę interrogat, ⁊ velut ignoranti non neceſſe eſt orationem ſuſtinere, ſꝫ magis accipere. Dicit autem hoc factum fuiſſe manifeſtuꝫ in Topicis. Nam hęc dixit ante, ⁊ ex quibus, ⁊ ad quot eſt interrogare, ⁊ orationem ſuſtinere. Vel diceret ante, ⁊ hic dicta, nam dixit ex quibus paralogiſmi fiunt, ⁊ ad quot oportet inſpicientem interroganteꝫ interrogare, ⁊ reſpondentem ſuſtinere orationes. Cętera autem ſunt manifeſta, verum in verbis his vbi inquit. [quę quidem ab alijs ſumpta ſunt prius elaborata] punctuꝫ ſubſcribendum eſt ad ipſum [prius] deinde ſubuertendum eſt illud. Elaborata ⁊ cōtinua his. Sed ꝙ dicit, eſt quod nonnulla inuenta a quibuſdam prius aſſumentes poſteriores deinceps ab illis cīcti ſm̄ breuitatē cuꝫ laborib⁹ ⁊ vigilijs vnāquāqꝫ diſciplinā addināib⁹ ad icremētuꝫ vt magnitudinem auxerunt, hoc aūt dixit in primo li° metaphyſices, ſed vtilius tamen multo eo incremento ꝙ poſterius ex his fit, ꝙ idem eſt hunc ex principio inuentio alicuius, ⁊ ſi imperfectum eſt inuentum, tamen īuētio huius eſt vtilior multo incremento poſterius inuento, ⁊ perfectione. Nam ſi non prorſus inuentū eſſet, neqꝫ augumentum habuiſſet, nam cuiuſuis inquit in lib° metaphyſices eſt inuentis addere, ſed principium inuenire non cuiuſuis. Nam omne principiuꝫ quanto eſt optimū virtute, tanto paruiſſimū magnitudine, ⁊ plura ſunt nobis manifeſta quę ſic ſe habent. Etenim acinus fici ꝗuis paruiſſimus ſit magnitudine, virtute tamē magnus eſt, ſiquidem ex ipſo ficus ſit arbor tanta magnitudine, hanc igitur ſiquis ſciuit ex principio, neqꝫ in ſomnijs ſperauit, ꝙ tantūdem molis fieret arbor, tamen hac inuenta vt principio plura nobis ex hoc facta ſunt manifeſta breuiter laborantibus, ceu ꝙ in eadem virtute fuerunt ſtips truncuſqꝫ, ramus, folia, virgulta, ⁊ ꝙ naturales ⁊ ſeminales in ipſa rationes ſunt incorporeę. Non enim tandem exiſtentes multitudine ſeparate ſunt in ipſa ſic exiſtente paruiſſima magnitudine.

¶ Huius autem negocij, non hoc quidem erat exploratum, illud autem non erat. Verum nihil ipſius prorſus erat. nam eorum, qui circa litigioſas orationes erant. mercennarij erant, ſimilis quidē doctrinę Gorgię negocio. Orationes enim hi quidem rhetoricas, illi autem interrogatiuas dicebant docere, in quas ſępi⁹ incidere ſolebant alternatim vtrorūqꝫ adinuicem orationes. Quapropter velox quidem, vtpote quę ſine arte, erat doctrina diſcētibus ab illis. Non enim artem, ſed quę ab arte ſunt dantes, arbitrati ſunt loqui erudite. Perinde ac ſi quis diſciplinam dicat ſe tradere, vt doleant pedes. Deinde ſutoriam quideꝫ non doceat, neqꝫ vnde poſſint comparari talia, det autem ꝗꝫ plurima genera omnimodorum calceorum, hic profecto profuit ad vſum, artem ꝟo non tradidit. Et de rhetoricis quidē erāt multa ⁊ antiqua dicta, de ſyllogiſmis autem omnino nihil habuimus prius aliud quicꝗꝫ. quod diceremus, ꝗꝫ mora perquirentes, multo tempore inſudaremus. Si itaqꝫ videtur ex conſiderationibus noſtris (vt ex ijs, quę ſunt ex principio) hęc habere diſciplina ſufficiēter ſupra alia negocia, quę ex traditione inducta ſunt, reliquum erit omnium veſtrum, vel eorum, qui audierint hoc opus, omiſſa quidem artis venia dignari, inuenta auteꝫ multa proſequi gratia.

¶ Negocium dicit vel facultatem de locis argumento-

rum, vel vniuerſam logicē, mercēnarios autem vocat ſophiſtas tāquā ex apparenti ſapientia ditatos, ſed quę eſſet Gorgię facultas cū ſimilem dicit ſophiſticā, manifeſtū eſt legentibus Gorgiam Platonis. Dicit autem ſophiſtas tales docere oꝛōnes in quas cognoſcebāt ſermones inuicem incidere. Hę autem fuerant ille ex ęquiuocatione, ⁊ ex ambiguitate dicendi ⁊ reliquę. Cętera ꝺo ſunt manifeſta, non enim artē, ſed illud ab arte dātes inſtruere ſuſpicabantur. Ars autem omnis ſyllogiſtica methodus eſt in qua ⁊ vera redargutio fit, porro aſſignans hanc ⁊ artem dat ⁊ inſtruit eruditq;. Sed deductiones ⁊ paralogiſmi loci. videlicet deceptionis quibus vtebantur ⁊ docebant ſophiſtę, non ars, ſed illō ab arte. Nam qui habet potētiā ⁊ ſcientiam ratiocinandi ille manifeſtus eſt, ꝙ poteſt etiam falſo ſyllogiſmo ſeducere, nam vt habet artem recte ſcribendi ⁊ curādi morbos, ille ſcit maxime ⁊ non recte ſcribere, ⁊ non ſanitatem ingerere, ſic etiam potens ſcienter ratiocinari ſyllogiſmo, ille ſcit ⁊ ſeducere ſyllogiſmo, quare paralogiſmos ſtruere ꝙ quidē inſtruebant ſophiſtę ⁊ alios docebant, non eſt ars, ſed ab arte poteſt fieri. Item qui per artem diuidendi docentes ratiocinari ſyllogiſmo, ⁊ hanc aſſignantes non artem erant. Eſt enim diuiſiua, vt in libro de abundantia propoſitionum dictum eſt, veluti tenuis ſyllogiſmus, ſed ab arte. Nā cū ſciunt ſyllogiſmos facere ⁊ demonſtrare ⁊ diuidere, etiam illud ex diuiſione ſumptū ſyllogiſticę concludi ſciunt. Item concludētes aliquid per inductionem idipſum patiuntur, ſed in verbis his. [Ex his quę ſunt ex principio hęc habere diſciplina ſufficienter] illud ſufficienter ſubiunctū eſt audacter. Nā alię artes non ex principio, neq; ab ipſis inuentoribus complementum habuere, ſed ab his ꝗ per ſucceſſionem eas docuerunt ⁊ acceperunt. At logices facultas ab Ariſtotele primo inuēta, ⁊ ab ipſo perfecta eſt, cui par eſt, vt noſtrum quiſq; non ingenteis gratias (vt ipſe inquit) ſed etiam quę vix referri poſſunt, habere debemus. Falſum dicit niſi de noua dicat, quoad regulas & canones modoſq; artis, qa Plato dicit exercete in hanc garrulitatē vocās logicā garrulitatē. idē Hāmonius pfatione quque vocū. Deide ipſemet infinities reiterātur artes, & ſcientię 1. metheororum. Itē Plato vt ſuis libris cōpertū eſt, nonne calluit logicē. Itē nonne Protagorę libri logice combuſti fuerunt Decreto Athenienſium.

℄ Finis expoſitionis Alexandri Aphrodiſienſis in Librum de redargutionibus Ariſtotelis Gulielmo Dorotheo Veneto interprete. Cum Dei gratia.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h. Omnes Terni preter f g h qui ſunt Duerni.

BIBLIOTECA ROMA

Venetijs apud Hieronymum Scotum.



MARCO MAVROCOENO SENATORI VENETO

Doctorique Excellentiſſimo.

Guilelmus Dorotheus Venetus Salutem.

SVMMA uel erga patriam patritioſque meos pietas, uel in ſtudioſos eiuſdem beneuolētia facit (Marce Senator & doctor Ornatiſſime) ut ipſe haud ſecius multo q̄ ille Philoſophus quondam face bonos, explorem ciuitatis noſtræ literatos, quibus elucubrationes Græcorum interpretum in Ariſtotelem a me primum Latinas æditas nuncupem, quod mihi faciundum cum multis de cauſis, tum etiam honeſtis ratus ſum, ea tamen omnium ſumma eſt, ut literarium monumentum poſteris ingerat ſpeciem quandam bonorum ciuium certe perpetuam, ſimulque hortetur eos uel maiorū ueſtigia ingredi, uel imitari ſtudia ut in mentibus ſucceſſorum & ore inſideant, & magna cum laude eorum geſta narrentur. Quæ enim eſſet uel opinio uel memoria Reipublicæ Athenienſium, aut illius Romanorum apud mortales, ni hiſtoria rerumque ſcriptores nobis atq; omnibus poſteris imprꝑſſiſſent reliquiſſentque ſimulachrū? Quæ item maiorum mentio qui de republica, aut de religione ſunt peſſime meriti, ut reprimātur inſolēteis, coerceantur improbi, niſi ſcripta hominum ad hunc diem extitiſſent? At contra quī accederentur ad ꝑclara & geſta & ſtudia uiri, ut ciueis Romanos in foro, aut ſtatuę, aut imagines, aut monumenta incitabant ad gerenda etiam maiora, quàm ueteres confecerunt, niſi hoc munus imprimendi & ſcribendi res maiorum diuinitus datum haberetur? Cur diuino conſulto factum eſt, ut quæ humanæ cōditionis reparator ac redemptor Chriſtus præpotentis Dei filius ac ipſemet Deus ꝑpotens in humanis geſſit aliquot Apoſtolorum collegium ſcripta nobis tradiderit? Certe laus bonorum æterno monumento donata plures torpentes ad ſempiternæ laudis fructum prouocat, ignauos calcaribus quibuſdam ad ſtudia gloriæ excitat, iuuenes accendit ut bene moratę conſtitutęque reipublicæ nomen ſplēdoremque admirētur, imitentur, probent, ſenes ad memoriam reuocat laudis & perpetui nominis, quod ipſi per animi ingeniiq; ignauiam & inertiam aut amiſſerunt, aut per ſolertiā & uirtutes conſequi ſperant. Etenim non eſt tam mediocris hiſtoria, tam leue ſcriptorum ſtudium, quin homines æternos efficere queat ad exemplar reliquorum qui natu poſteriores ſunt. Nam ipſe pręter fructum quem ab ineunte ętate fere ab opimis Philoſophiæ literarumque diuinarum ſtudiis cœpi, ab hiſtoriis, ab oratoribus magnā etiam capio delectationē, quippe qui ſuperioribus diebus cum Hieronymo a Ferro patritio partiū & ſtudiorū a puero propè neceſſitudine mihi coiunctiſſimo, & Græcis & Latinis optime prædito, una incidi in ſermonem de Demoſthenis orationibus, a quibus fatebat me tantum fructus emolumentique aſſecutum, ut cum ipſe a collegio ſenatus, a publicis concionibus, quæ fiunt de republica tuēda & conſeruāda, abeſſe uidear, ſæpe interſim, multaque animo percipiam, ac ordines illos ſenatorios deliberandi, iudicandi, ſtatuendi, delegandi aliquibus, uel decernēdi prouinciam mente concipiā, idque acceptum Demoſtheni referrebam. Sed quid de ſenatu, quod Ariſtoteles aut Nicolaus peripateticus in ea epiſtola ad Alexandrum quā principio libri de mundo ædidit. Plane animum tradit humanum ad cœlum conſcendere, externa internaque indagare, quāquā humanum carcerem membraque corporea regat, moderetur, uegetet, cieat? Aſtronomia præterea nō eo terrarum, urbium, ſitus, locorum ingenium ducit, quo negatum eſt corpori proficiſci? Contemplatrix item ſcientia quā θεωρίαν Græci uocant quo fert animum? Dic quæſo tu mi Marce nobiliſſime Senator & doctiſſime, ſed nobis aperiat idem Alexander in præfatione libri Priorum, quid ſibi uelit θεωρία. Certe uiſilem nobis reddit hęc ſcientia, quem inuiſilem cunctæ nationes, & ſumma ueritas teſtantur. Hos igitur fructus hiſque multo maiores pariunt monumenta literaria, unum præter cætera mihi etiam afferunt cōmodum, ut me dudum in tuo obſequio tuaque amicitia receptum confirmēt. Equidem omne ſtudiū meum & curam collocaui, non modo transferendi Græcos, ſed etiam conciliandi mihi complures bene moratos patritios & doctos, quibus meos labores inſcribere merito poſſem, quod conſilium cum Octauiano amiciſſimo meo (ut noſti) aperuiſſem, te mihi uirum eloquentem, uere literatum, ueriſſime amicum oblatum eſſe uoluit, cui has noſtras tranſlationes Alexandri interpretis Elenchorum Ariſtotelis primum inſcriberem, quod ſane eo libentius feci quod te ſtudiis noſtris Patauii deditum ab adoleſcentia intellexi. Nec me fallit pro doctrinæ tuæ excellētia, pro uirtutibus tuis, pro meritis uel optima erga me uoluntate, ut tanti æſtimem te, quanti amicorum quēlibet. Bene uale.